



JOSE MARIA OÑAINDIA

---

LA ABADIA  
PREMONSTRATENSE  
SANTA MARIA  
LA REAL

UNIVERSIDAD DE DEUSTO (BILBAO)

FACULTAD DE FILOSOFIA Y LETRAS

LA ABADIA PREMONSTRATENSE "SANTA MARIA LA REAL"

AGUILAR DE CAMPOO (PALENCIA)

II TOMO

COLECCION DIPLOMATICA

Tesis presentada por José María Onanindía Lotina bajo la dirección del Profesor Ilmo. y Rmo. Doctor Padre Justo Pérez de Urbel, para la obtención del título de doctor en Historia.

V<sup>o</sup> B<sup>o</sup>  
El Ponente

*J. Justo Pérez de Urbel*

El Doctorado  
*José María Onanindía*  
Bilbao, 7-6-76

822 Febrero 25  
852 Noviembre 22

Donación fundacional del Monasterio de Santa María de Aguilar de Campoo.

Copia del siglo XIII. Cartulario de Santa María de Aguilar de Campoo. A.H.N.

Cod. n<sup>o</sup> 1243 f<sup>o</sup> 1 y 2.- Siglo XVIII Cod. de la B.N. D 1000 (= 841) fol. 253.

P. Pérez de Urbel. Condado de Castilla, pág. 1047.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Quod corde credimus ore proferimus. Credimus Patrem ingenitum. Filium unigenitum et Spiritum Sanctum nec genitum nec ingenitum sed ex Patre Filio<sup>que</sup> procedentes, has tres personas naturaliter unum esse confiteor et ex his tribus personis sola Filii persona factus homo, ipse qui ante secula sine inicio genitus est de Patre sine matre, ipse finem seculi certo tempore natus est de matre sine patre, et in hoc ex utraque natura proprius filius Dei; non alius Deus, alius homo; sed ipse est verus homo in unam persona. Hanc fidem Domini nostri Jhesu Christi veram credendo et rectam predicando extremum ultimum diem iudicii pavendo et paradisi Dei gratia conquirendo de ipso quod nobis dominus tribuit in thesauro ecclesie sue concedimus. In nomine Domini Ego Opila abba, qui simul cum fratre meo Alpidio eramus in partibus orientis de Castella Veggia provincia Loricana, villa prenominata Tabulata in partibus Iberus fluminis, in ipsi partibus ambo fratres oriundi fuimus. Erat namque frater meus Alpidio miles, qui militabat in hoc seculo; quodam vero die advenit illi voluntas ut egredetur ad venatum et invenit vestigia aper magnus; et cum suos homines et suos canes sequendo ipsa vestigia devenit usque in montem qui erat super ripam fluminis Pisorga. Et conculcantem ipsa vestigia, illuc atque illuc per ipsum montem invenit unam porcā cum suis filiis latantem super unam ecclesiam subtus unum arborem sabuci; erat ipsa ecclesia fundata latus unam penne<sup>am?</sup> (sic). Et subtus

ipsa penna inveni aliam ecclesia cum tres titulos vidente vero ipsum locum dimisit venatum et cum suos homines cucurrit et retulit in omnia quecumque vidit. Ego Opila abba, audiente, miratus sum et profectus sum ad videndum ipsum locum et inveni ipsas ecclesias sicut frater meus mihi retulerat. Et ingresus in ipsa ecclesia prima, inveni in ipsa ara altaris reliquie sanctorum apostolorum Petri et Pauli et in alia ecclesia subtus ipsa penna in medio titulo inveni reliquie Sancte Marie semper Virginis et in titulo de dextra parte inveni reliquie Santi Pelagii martiris et sancte Engracia, et in tercio titulo de sinistra parte inveni reliquie sancti Johannis Baptiste et Sancti Martini confessoris. Et iterum regressus fuit in patria mea, in mea patri cellula ubi natus fui et nutritus in ecclesia sancti Michaelis de Tabulata. Et cum consilio et absolucione de frater meo Alpidio de ipsas res temporales, que mihi Dominus dedit, tuli inde XII libros inter maiores et minores et quinque vestimentos ecclesiasticos et sex frontales illos duos creciscos et illos alios bracilis et ciclatones et una corona argentea, et duas alfagaras et uno calice de argento et una crux de allatone et II ciriales de allatone duos aquamaniles et uno incensario et duas campanas et uno candelabro et una lucerna et XII lectos cum sua lictaria, illo uno lecto ornato de pallio; et VI parelios de manteles, illos duos letratos et III parelios de fazaleias letratas et duos vasos argenteos et III culiars argenteas et vasilia multa ex lignis facta et tres calderas et XXX vacas et X equas et IIII cavallos et duos asinos et IIII iugos de boves et inter capras et oves LXX et XX porcos. Et cum toto isto habere quod nunc superius resonat, et cum meos clericos et meos homines profectus sum ad ipsum locum heremum ubi ipsas ecclesias iam prefatas inveni; et, quia preoccupatum erat locum ipsius montis, concidi omnes arbores de ipsa penna, ubi ipsa ecclesia prima fundata est a parte orientis usque in illum collatum de Penna Longa et subtus ipsum collatum per ipsa itinere, que discurrit usque ad Congosto et per sumitatem

montis ad illa ripa de Cella et usque in valle de Sancta Maria de inde per sumis montibus usque in val de terreros sicut aqua divertit per cacumen ipsius montis usque in flumine Pisorga. Et ego Opila abba una cum collegio clericorum et fratrum meorum exercentem et mandantem ipsum locum, ecclesias restaurantem et domos construentem et ampliora hereditatem multiplicantem in sernas, in pratis, in pumares, in molinos, in piscatorias in ipso flumine Pisorga, de sumo vado carrero usque in fundus calice antiquo et itineres discopantes et fontes aperientes, ortos edificantes, lignos fructiferos et infructuosos plantantes, et omnia edificia ipsius monasterii construentes, et die noctuque in Dei laudibus permanentes, et tam provivis quam pro defunctis orantes, et hospitibus suscipientes et elemosinas pauperibus erogantes, jam nos ab omnibus operibus fatigatione requiescentes, ut vidimus omnia loca bona, ecclesia ad habitandum tradimus ad hunc locum ipsum monasterium Sancti Michaeli, quem reliquimus in patria nostra, unde venimus in hunc locum cum tota sua hereditate, id est, terras capientes semina LX modios de cibaria et multas vineas et multo ganato et lictaria et omnia tota beneficia ipsius monasterii et elegimus abbatem in ipsum monasterium meum soberino similis nominis mei Opila, que serviat cum ipso monasterio et fiat decania de Sancti Petri et Pauli et Sancte Marie quem nos populare venimus vel qui post nos ibidem habitare voluerint, ut ex inde habeant servis Dei temporale subsidium et nos comuniter remissionem omnium peccatorum. Amen.

Post triginta annos venit quidam comes Osorius et vidit omnia cuncta monasterii <sup>que</sup> fecimus, et gavisus est gaudio magno, valde, et dedit laudem Deo. Et post inde tradidit semetipsum tam corpus quam animam <sup>am</sup> ad atrium Sanctorum apostolorum Petri et Pauli et de sua hereditate dedit a parte huius regule, id est, in Penna de Aranda una porcione, que illi quadravit inter suos germanos et inter tota sua gente de termino usque

interminu de illa Penella usque ad sume cerro et usque in casa de Tedueca; et inde per casa Sesmiro de termino interminu sicut habuit illud confirmato cum illos senectutos homines de Penna Aranda et roboravit manibus suis in hanc regulam de Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Sancte Marie semper Virginis, et ad ipsas reliquias de ipsos sanctos que in ipsos altares recondite sunt, et confirmavit omnia hereditate quod nos prius consignavimus. Et posuit cautum firmissimum quod, si intra ipsos terminos, (quo superius resonat) aliquis homo; aut comes, aut potestas, aut merinus, vel saionis, vel quilibet homo, aliqua inquietudine voluerit facere tam in ortis quam etiam in pratis, tam in piscando quam in tallendo, sive arbores fructuosos quam etiam infructuosos, sive de equis, sive de vobes, sive de asinos, qui intro isto termino intraverit, pro unusquisque suus dominus pariet II modios de trigo et provibus et capris et porcis quod melior inter eos invenerit occidatur, et inter ipsos vigiles qui vigilaverint dispensetur. Et iam per ipsum monasterium quam ego Opila abba cum meos fratres populavi et pro ipsum monasterium que ad regulam tradidi, et pro illa hereditate que ille comite domno Osorio tradidit, posuit ille comes tale cautum quod, si aliquis homo, aut <sup>de</sup> filiiis, aut neptis, vel proneptis aut de analogia sua hunc testamentum quem fecimus temptare voluerit, aut disipare voluerit per semetinsum, aut per aliqua persona vel per aliqua causa; homo qui talia comiserit in primis descendat super illum ira Dei et rufea celestis et a corpore et sanguine Domini nostri Jhesu Christi fiat segregatus, et veniat super illum ira Dei, sicut descendit super Sodoma et Gomorra, et sicut descendit super Datam et Abiron viros sceleratissimos quos vivos terra absorbit, et non habeat parte cum Christo, sed cum Antichristo, et cum Juda proditoris Domini lugeat penas in eterna damnatione; et super ipso damna secularia inferat ille homo a parte huius regule auri libras quinque, et ipsum monasterium cum totas suas decantias duplatum in simile tale loco et hanc scripturam testa

menti firmis permaneat. ] Facta scriptura huius testamenti  
notum die III feria, V Kalendas Marcias sub Era DCCCLX.  
Regnante domno Jhesu Christo et principe nostro domino Or  
donius rex et in Legione, et in Gallicia et in Asturias et  
in cunctis provinciis Castella. Et ego Opila abba una cum  
collegio monachorum meorum in hunc series testamenti quem fa  
cere malui et domino meo comite domno Osorio audiente manu  
mea signum injeci (Signum) et testibus tradidit ad roboran  
dum. ] Lagonus ts. et cf.; Flainus ts. et cf.; Stephanus ts. et  
cf.; Johannes ts et cf.; Adefonsus ts et cf.; Atila ts. et cf.;  
Guntericus ts et cf., Leobigildus ts et cf.; Floridius pres  
biter, manu mea roboravi. Claudius pbr. manum mea robo  
ravi. Vicencius presbiter manu mea roboravi.

2

1039-2 de Agosto.- Aguilar.

Escritura de donación hecha por la Condesa Doña Offresa al  
Monasterio de Corcos o Conforcos en Trigueros, filial y ane  
ja a la Abadía de Santa María la Real de Aguilar de Campoo.

A.H.N. Carpeta 1647 - nº 1.

Transcrip. por Manuel Assas en "Museo Español de Antigüedades.  
t. 1º pág. 600.

In nomine Patris et Filii et Spiritus Sancti. Hec est  
series testamenti quem facere malui ego domna Ofresa dum tru  
tinaverim que et quanta sunt que a Domino promittuntur in ce  
lis, vilescunt omnia que habentur in terris. Proinde ergo a  
Sancto Spiritu inflamata, previdi intra me ipsa et tradidi  
in primis meum corpus et mea anima ad atrium Sancte Marie sem  
per virginis et sancti Johannis Baptiste et sancti Pelagii  
martiris et sanctorum apostolorum Petri et Pauli cuius eccle  
sie fundate sunt in loco certissimo cuius vocabulo fertur te

rritorio Aquilare, et ad tibi abbate meo Analso abba et ad cultores ecclesiarum ipsius. Et ibidem Deum timendo et penas inferni pavendo et paradisi Dei gratia conquirendo, pro remedio anime mee seu etiam pro anime de parentibus meis, trado ad ipsos venerabiles Dei sanctos iam dictos, et ad tibi abbate meo Analso, id est in Castriello de Centollo qui fuit del comite don Ossorio, in ipsa villa de Centollo mea portione que me quadrat inter meos heredes, id est solares populos et alios pro populare cum sua divisa et cum sua hereditate, id est sernas et terras et vineas et molinos in rivulo de Arlanza et quantum que ad mi pertinet, ab omne integritate, et in Valdecannas, id est in Bascones, meos solares populos et alios pro populare, cum sua divisa et sua hereditate, id est terras, vineas, defesas, exitus, et in Cornuzuola mea divisa in aquis in pescarias, in pelagos. Et in Villanova mea divisa in aguas, in pescarias in pelagos et utraque in exitus, in montes, in fontes, in pascuis, quomodo pertinet in locis antiquis. Attamen, si quis, ego domna Offresa, aut <sup>de</sup> filiis meis aut neptis aut rex, aut comes, aut potestas, aut quislibet homo vel aliqua subrogata persona, de aliqua pars ad ista regula, a disrumpendo venerint vel venerint ipso homine, qui talem vocem compulsaverit, in primis, sit a Deo maledictus et a comunione separatus; et non habeat partem cum Deo neque cum angelis neque cum archangelis, sed habeat partem cum Datan et Aviron qui illos vivos terra absorbit, et habeat parte cum Judas in inferno inferiori. Et ipso homine, qui tale comiserit, inferat a parte huius regule auri libras quinque, et a pars imperatoris terre alio tanto. Et scriptura ista in robore regule habeat firmitate. Facta scriptura testamenti die notu VI feria II Kalendas septembris. Era <sup>a</sup> <sup>a</sup> <sup>a</sup> MLXXXVII. Regnante rex Fernandus in Castella. Ego domna Offresa qui hanc scriptura quod fieri volui, legente audivi et manu mea roboravi coram testes. Jenneco abbas hic roboravit. Valerius Abbas hic roborat ++ Sebaldus hoc + fecit.

Et suos molinos antiquos usque ad Vado Carrero cum suo pelago et sua barcenillas et sua defesa de Bunneto et III solares Annagia Petris ad illas Fontes, et una ferragine ad illa Ponte iuxta illo arrogio que vadit de Sancta Maria; et in Aquilar in barrio qui dicent Foiuelo una ferragine cum suos homines populatos cum tale foro sicuti homines de Aquilare; et ibidem ad illa Portella alia ferragine, et in barrio de sancta Cecilia illo solare qui fuit de Petro Justiz et in illos Pozos de Salinas in illa tertia portione quae me quadravit inter meos hereditarios, in ipsa tertia la tertia portione ab omni integritate. Et ibidem in ipso Valle de Salinas una serna, et in carrera de Graliera ubi dicunt a la Matela una serna, et ibidem in Salinelas tertia serna. Et ego domna Offresa posui ad ipsum monasterium iam dicto alia terra iuxta las vineas et iuxta illo semitero qui vadit ad Frontata. Alia terra infra ipsas vineas iuxta vinea de Felite Velazquez. In illa Vega iuxta illo arrogio qui venit de Quintana Levanecca illa alia a la Moneca, la tertia la de Gaton, la quarta Alende Arroio: alia terra iuxta arrogio qui venit de Valdepozos; a las presuras de las Blancas III tres terras que preso domno Alfonso: Alia presura que egreditur de Frontada et vadit per ad Aquilar de manu dextera; alias duas terras que preso domno Alfonso en no monte, la una comune con Vellite Velazquez et con Gutierre Fernandiz, la alia comune. Illo campo de Gamonar ubi fundata et ecclesia Sancti Mames. In longitudo et latitudo per suis terminis et locis antiquis ab omni integritate.

Escritura de la misma condesa doña Offresa. Año de 1042.

Ex monasterio Sancti Michaelis qui est in Trigueros in villa pernominata Conforcos, quomodo donavit istum monasterium cometissa domna Offresa ad abbas domnus Petrus, et tradidit illum ad atrium Sancte Marie Aquilarensis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Sancti Johannis Baptiste et

sancti Martini episcopi et sancti Pelagii martiris; sic fecit illum ista offrenda pro sua anima vel pro anima de illa cometissa ut habeant inde abbates et fratres cultores et defensores, laboratores, et oratores, subsidium vel gubernium, et animas nostras in paradiso parte vel remedium. Amen.

Si volueris intelligere quomodo fuit titulatum in cartas, audiat unusquisque; et, postquam auditas fuerint, discernuntur.

In nomine Domini filii Dei altissimi qui cum Patre Sanctoque Spiritu sempiternam obtinet potestatem et gloriosam possidet maiestatem et regnat per nunquam finiendum secula seculorum. Amen.

Ego Offressa in domino Deo eternam salutem Amen. Annuit namque spontanee, mee voluntatis, neque per vini ebrietas neque per jozias cum hilaritate, sed propria mente accesit voluntas claro animo et sana mente, puro corde, mente postrato propter servicio capiti tuo sit <sup>em</sup> super humilitas corpore tuo, ut facerem ego Offresa tibi Petro Gundisalviz cartula donationis sicuti ut facio de monasterio nostro proprio quem habeo de avorum meorum vel de parentum meorum. **D**o tibi ipsum locum Sancti Michaelis de Conforcos cum suas hereditates vel terras minimas vel maximas ubi potueritis illas invenire pro tua competentia; et do tibi illo solare qui fuit Eze, et do tibi illas terras de Conforcos quod habui concambiatas cum mea hermana domna Fegridia; et do tibi una serna qui iacet carrera de Septemancas et in termino de Bellules, et una vinea iuxta carrera de Fonte Oteman, et quantum potueritis arrumpere in fontes, in montes, in pratis in pascuis, in aquis, per cunctis terminis et locis antiquis ingrediente et egrediente. Ita ut de hodie in die vel tempore habeas tu Petro Gundisalvez illas hereditates cum illo monasterio; et si vixeris post obitum meum cum illo monasterio et cum illas hereditates inter neptos meos, a quale tibi meliore placuerit aut meliore fecerit, ad illum servias sine ulla disturbantia; et post obitum tuum transeat pro anima mea vel pro tua, illa casa cum

suas hereditates, ad aulam Sanctae Marie de Aquilar. Si quis tamen ausu temerario venerit vel venero, tam regis quam potestas quam populorum universitas etiam <sup>Side</sup> meis propinquis sit vel extraneis quisquis fuerit qui talia commiserit quo modo, sit maledicta generatio eius usque in septima generatione et sit anathemato cum Judas traditore in inferno ardore; ille homo qui talia commiserit quando ista scriptura irrumpere voluerit, talem recipiat. Facta cartula donationis vel confirmationis sub die notum II feria III nonas maias in Era <sup>a</sup> MLXXX Regnante Ferdinandus rex in Legione et in Castella. Ad confirmandam hanc cartam donationis accepi ego Offresa de te Petro, 3 boves valentes X soldos de argento. Et ego Offresa qui hanc cartula, que legente audivi in concilio, manu mea iniecique signavi +++.

Annaia Petriz audivit et confirmavit. Rudrico Fernandiz audivit et confirmavit, Lupi Lupiz audivit et confirmavit, Velazco Annaiaz audivit et confirmavit, Pelaio hic testis. Cite hic testis, Didaco hic testis, Petro hic testis, Arias hic testis, Gundisalvus indignus notuit et hoc signum fecit.

## 3

1042. Era M<sup>a</sup>. LXXX<sup>a</sup>. 3 Mayo.- Aguilar

Donación hecha al Abad Pedro Gonzalvez de Sta. María de Aguilar por la Condesa Offresa de su Monasterio de San Miguel de Consorcos con todas sus pertenencias.

A.H.N. Carpeta 1647 - N<sup>o</sup> 1 bis.

Ex Monasterio Sancti Michaelis qui est in Trigueros in Villa ~~per~~nominata Conforcos quomodo donavit istum Monasterium Comitessa domna Offresa ad Abbas domnus Petrus et tradidit illum ad atrium ~~Sanc~~te Marie Aquilarensis et S<sup>n</sup>ctorum Apostolorum Petri et Pauli et Sancti Johannis Baptiste et Sancti Martini Episcopi et Sancti Pelagii martiris; Sic fecit illum

ista offerenda pro sua anima et pro anima de illa Comitissa, ut habeant inde Abbates et Fratres Cultores et defensores laboratores et oratores, subsidium vel gubernium; et animas nostras in paradiso parte vel remedium, Amen. Si volueris intelligere quomodo fuit titulatum in cartas, audiat unusquisque, et, post quam auditas fuerint, discernuntur.

"In nomine Domini Filii Dei Altissimi qui cum Patre Sanctoque Spiritu Sempiternam obtinet Potestatem et Gloriosam possidet Maiestatem, et Regnat per numquam finiendam secula seculorum. Amen. ] Ego Offressa in Domino Deo eternam salutem Amen. Annuit namque spontanee mee voluntatis, neque per vini ebrietas neque in vitus neque per ~~327~~ iozia, cum hilaritate sed propria mente accessit voluntas, claro animo et sana mente, puro corde, mente prostrato, propter servicio capiti tuo sit <sup>m</sup>per humilitas corpore tuo, ut facerem. Ego Offressa tibi Petro Gundissalviz, cartula donacionis sicuti ut facio de Monasterio meo proprio quem habeo de avorum vel de parentorum meorum, do tibi ipsum locum dictum Sancti Mchaelis de Conforcos cum suas hereditates vel terras minimas vel maximas ubi potueris illas invenire per tua competentia; et do tibi illo solare qui fuit de Eze et do tibi illas terras de Conforcos quod habui concambiatas con mea germana domna Tegridia; et do tibi una serna qui iacet carrera de Septemancas et in terminis de Bellulles, et una vinea iuxta carrera de Fonte Otaman, (Fontana), et quantum potueris arrumpere in fontes, in montes, in pratis, in pasquis, in aquis, per cuntis terminis et locis antiquis ingrediente et egrediente. Ita ut de hodie in die vel tempore habeas tu, Petro Gundissalvez, illas hereditates cum illo Monasterio; et si vixeris post obitum meum cum illo Monasterio et cum illas hereditates inter neptos meos, a quale tibi meliore placuerit aut meliore fecerit, ad illum servias sine ulla disturbancia; et post obitum tuum transeat, pro anima mea vel pro tua, illa casa cum suas hereditates, ad aulam Sancte Marie urbis Aquilare. Si quis tamen ausu temerario venerit vel ve-

nero, tamen Regi quam Potestas quam populorum universitas, etiam meis propinquis sit, vel extraneis quisquis fuerit qui talia comiserit. quomodo, sit maledicta generacio eius usque in septima generacione, et sit anathemato cum Judas traditore in inferno, ardore ille homo qui talia comiserit quod ista scriptura irrumpere voluerit talem recipiat. ] Fac ta cartula donacionis vel confirmacionis sub die et die no tum III feria III mense may. In Era <sup>a</sup> MLXXX. Regnante Fernan dus Rex in Legione sive in Castella. Ad confirmandam hanc cartam donacionis accepi ego Offresa de te Petro III boves valente X solidos de argento. Et ego Offresa qui hanc cartula que legente audivi in Concilio, manu mea inietique signavi +++. ] Annaia Petriz audivit et confirmavit. Ruderico Fernandez audivit et confirmavit. Lupi Lupiz audivit et confirmavit. Velasco Annaiaz audivit et confirmavit. Annaia Fanniz, audivit et confirmavit. Pelaio hic ts.

Cite hic ts. Diacono hic ts. Petro hic ts. Arias hic ts.  
Gundissalvus indignus notuit et hoc signum fecit.

Año 1042.

La Condesa doña Offresa dona al Presbitero o abad don Pedro el Monasterio de San Miguel que está en Trigueros, en la villa llamada de Conforcos y éste lo entregó o donó al Monasterio de Aguilar.

La Condesa doña Offresa dona el Monasterio de San Miguel de la villa de Conforcos en la tierra de Trigueros al Abad, don Pedro, entregándoselo en el atrio del monasterio de Santa María de Aguilar.

Manuel de Assas. Monasterio Abadia de Aguilar, en Museo Español de Antigüedades I p. 600 y 601.

A.H.N. Carp. 1647 n<sup>o</sup>.

Ex monasterio Sancti Michaelis qui est in Trigueros in villa pernonimata Conforcos, quomodo donavit istum monasterium cometissa domna Offresa ad abbas domnus Petrus, et tradidit illum ad atrium Sanctae Marie Aquilarensis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Sancti Joannis Baptiste et sancti Martini episcopi et sancti Pelagii martiris; sic fecit illum ista offrenda pro sua anima vel pro anima de illa cometissa ut habeant inde abbates et fratres cultores et defensores, laboratores, et oratores subsidium vel gubernium, et animas nostras in paradiso parte vel remedium. Amen. Si volueris intelligere quomodo fuit titulatum in cartas, audiat uniuersusque; et, postquam auditas fuerint, discernentur.

In nomine Domini filii Dei altissimi qui cum Patre Sanctoque Spiritu sempiternam obtinet potestatem et gloriosam possidet maiestatem et regnat per nunquam finienda saecula saeculorum. Amen.

Ego Offresa in domino Deo aeternam salutem. Amen. Anuit namque spontaneae meae voluntati, neque per vini ebrietas neque per iocunditas cum hilaritate, sed propria mente accessit voluntas claro animo et sana mente, puro corde, mente prostrato propter seruitio capiti tuo sit <sup>sem</sup>per humilitas corpore tuo, ut facerem ego Offresa tibi Petro Gundizalvis, cartula donationis sicuti ut facio de monasterio nostro proprio quem habeo de avorum meorum vel de parentum meorum, do tibi ipsum locum Sancti Michaelis de Conforcos cum suas hereditates vel terras minimas vel maximas ubi potueritis illas invenire pro tua competentia; et do tibi illo solare qui fuit de Eze, et do tibi terras de Conforcos quod habui concambiatas con mea hermana domna Fegridia; et do tibi una serna qui iacet carrera de Septemancas et in terminis de Bellulles, et una vinea iuxta carrera de Fonte Oteman, et quantum potueritis arrumpere in fontes, in montes, in pratis, in pascuis, in aquis, per cunctis terminis et locis antiquis ingrediente et egrediente. Ita

ut de hodie in die vel tempore habeas tu, Petro Gundizalvez illas hereditates cum illo monasterio; et si vixeris pos obitum meum cum illo monasterio et cum illas hereditates inter neptos meos, a quale tibi meliore placuerit aut meliore fecerit, ad illum servias sine ulla disturbantia; et post obitum tuum transeat <sup>pro</sup> anima mea vel pro tua, illa casa cum suas hereditates ad aulam Sanctae Mariae de Aquilar. Si quis tamen ausu temerario venerit vel venero, tam regis quam potestas quam populorum universitas etiam <sup>de</sup> meis propinquis sit vel extraneis quisquis fuerit qui talia commiserit quo modo sit maledicta generatio eius usque in septima generatione et sit anathemato cum Judas tradditore in inferno ardore ille homo qui talia commiserit; quando ista scriptura irrumpere voluerit, talem recipiat. Facta cartula donationis vel confirmationis sub die notum II feria III nonas maias in Era MLXXX Regnante Ferdinandus rex in Legione et in Castella. Ad confirmandam hanc cartam donationis accepi ego Offresa de te Petro III boves valentes X soldos de argento. Et ego Offresa qui hanc cartula, que legente audivi in concilio, manu mea iniecique signavi +++.

Anaia Petruz audivit et confirmavit, Rudrico Fernandiz audivit et confirmavit, Lupi Lupiz audivit et confirmavit, Velazco Anaiaz audivit et confirmavit, Annaiaz Fan-niz audivit et confirmavit, Pelayo hic testis, Cite hic testis, Didaco hic testis, Petro hic testis, Gundisalvus indignus notuit, et hoc signum fecit.

1056

1026. (Tiene que haber confusión de fecha, pues en esta época no reinaba todavía Fernando I).

Documento de donación al Monasterio de Aguilar por el presbítero Pedro, de todas las posesiones de Conforcos, que él antes había recibido de la Condesa Offresa.

A.H.N. Carpeta 1647. N.º 2.

In nomine Domini Nostri Jhesu Xristi. Ego Petro Presbiter in Domino Deo eternam salutem Amen. Ideo placuit michi atque convenit per expontanea voluntate et puro corde, nullus quo<sup>que</sup> gentis imperio nec suadentis articulo, sed propria michi accesit voluntas, ut facerem ego Petro Presbiter cartulam confirmacionis vel scriptura firmitatis, ad locum et Baselica Sancte Marie Aquilarense et Sanctorum Apostolorum Petri et Pauli et Sancti Johannis Baptiste et Sancti Martini Episcopi et Sancti Pelagii Martiris et reliquie Sanctorum qui ibidem fuerunt recondite. Facimus ibidem cartulam de nostro Monasterio proprio unde ad nos fecit nostra donna Comitessa domna Eufresa cartula; damus ipsum Monasterium ad illum locum que de sursum resonat. Pro remedium anime mee et donna mea Comitessa domna Eufresa et de suos neptos Munio Fernandiz et domna Tegridia vel domna Fronilde d<sup>amus</sup> atque concedimus cum edificiis suis. Ecclesias, solares, casas, cupas, lectos, cattetas, petras, mobiles et immobiles, rem, casas, comparaciones et ganancias, presentes et futuras; terras, vineas, cultas et incultas. Pratis et pascuis. padulibus, exitus, montium, ruis aquarum, vineas et omnes genes arborum. Pro ubicumque potueritis illum in venire cum totum nostrum circulo ganancia que ibidem ganamus aut ganaremus vel ganaturi fuerint posteritas nostra ad prestatura fuerint omnia rem maximam usque in una culiare. Et ipso Monasterio in territorio de Trigueros in loco predicto que dicitur Conforcos et reliquie Sancti Michaelis, aqua, montis, ipsius discurrente flumine Pisorga, d<sup>abimus</sup> illum ab omni integritate per suis terminis et loquis antiquis. Habeant inde Abbates et Fratres, cultores, et defensores, laboratores, oratores, victum et subsidium et animas nostras in paradiso parte <sup>vel</sup> remedium. Et post obitum meum in Regula de Sancta Maria sit confirmata. Siquis tamen, quod fieri non credo aliquis homo ad irrumpendum venerit, vel venerimus tam mea parte cum etiam et de extraneis et de qualiscumque forma omnis contra hanc cartulam confirmacionis vel scriptura firmitatis, que non serviat ista casa cum sua hereditate ad Sancta

(P)sepellada en Ora

Maria Aquilarensis, Homo ille qui tali comiserit, anathema sit et non habeat partem cum Deo, nisi cum Judas traditore lugiatur penas inferni inferiori et Datam et Abiron, <sup>quos</sup> vivos terra absorbit; Et in hoc mundo sit excommunicatus et a fide Sancta Catholica sit extraneatus et post vitam suam in igneis cathenis anima eius religata usque in secula seculorum, amen. Et de super, [a]parte Rex Imperatoris terre VII libras aureas reddat in coto et Abbates vel Fratres de Sancta Maria illo Monasterio cum totas suas hereditates, sicut supra scriptum est, quadruplato sicut canones continent. ] Facta cartula ista confirmationis vel roboracionis notum die III, XII kalendas februarii. Era <sup>a</sup> <sup>a</sup> <sup>a</sup> MLXIII. Regnante Rege Fredinandus in Legione, sive in tota Castella. ] Ego Ciprianus in sedis Sancte Marie. ] Ego Petro Presbiter a vobis Basilicam Sancte Marie et Sancti Petri Apostoli et Sancti Johannis Baptiste et Sanctis qui ibidem sunt in hac carta confirmationis ex manu mea + facio coram testibus et roborantibus. ] Telli hic testis. Pelaio hic ts. Fernandus hic ts. Flaino hoc ts. Suvario hic ts. Furtunno Alvariz confirmatus, Petro Gundissalviz conf. Munnio Fernandez confirmatus. Munnus Abbas confirmatus. Martinus Abbas conf. Petrus Abbas cf. Suavavarius Abbas conf. Lupe Presbiter hic testis. Sancio Presbiter hic testis Garcia Presbiter hic ts. Galindus Presbiter hic testis Fernandus presbiter hic testis. Pelagius cleri indignus notuit et signavit.

Hoc iure munus sumus (sumque) Fratres Ecclesia Sancti Michaeli de Conforcos habemus donacionem Comitisse Donne Ossresse et Petro Gundisalvi nepotis sui qui contulerunt Abbati de Aguilar qui tunc tempus erat Monasterium Sancti Michaeli de Conforcos cum omnibus que hunc habebant in Villa et aliis per tinenciis suis. Item habemus compositionem factam inter nos ex una parte et Concilium de Conforcos ex alia qui teste fuit. Era <sup>a</sup> <sup>a</sup> <sup>a</sup> MCCXII et tam a tempore donationis quam a tempore compositionis, predicte Abbates de Aguilar deservierunt Ecclesie per Fratres suos absque contradicione (~~con. Helo...~~) Episcopi Palentini, vel Archidiaconi de Alchor. Item alique cuius-  
Verius

quam, Item habemus tacitum consensum Episcoporum Palentinum<sup>or</sup> qui pro tempore fuerunt.

Donacio que est compositio et tacitus consensus Pelagii et quodam Opila qui in nostris privilegiis continentur sunt nobis pro titulo et ab<sup>se</sup>o tempore quo non existat memoria. Predicti tituli, seu titulo (in ) fuimus in qua possit iuris serviendi (predicare) Ecclesie per Fratres nostros et recipiendi cetera partem pro nuovo ecclesie corum de decimus et oblationibus et omnibus qui obveniebant tam Ecclesie Sancti Michaeli quam Ecclesie Sancte Marie. Igitur bona fidei et titulus Item et tali qui a iure pro iure habetur et inconcussa que possessio nos defendebit, presente m compositionem legitimam inducendo.

6

Año 1056.

El presbitero Pedro González, cumpliendo lo dispuesto por doña Offresa, enajenando el monasterio Conforcos al de Aguilar, enumerando los bienes que con aquél habían de pasar a la Abadía de Santa María de Aguilar a su muerte.

Manuel de <sup>Assas</sup>Basas, Monasterio Abadía de Aguilar en "Museo Español de Antigüedades I p. 601. Este documento tiene error en la fecha, pues trae Era 1064, que es el año 1026 a todas luces imposible.

In nomine domini nostri Jesuchristi, Ego Petro presbyter in domino Deo aeternam salutem. Amen. Ideo placuit mihi atque convenit pro spontanea mea voluntate et puro corde, nullius quoque gentis imperio nec suadentis articulo, sed propria mihi accesit voluntas ut facerem, ego Petro, presbyter, cartula confirmationis vel scriptura firmitatis ad locum et basilica Sanctae Mariae Aquilarense et sanctorum apostolorum Petri et Pauli

et sancti Joannis Baptistae et sancti Martini episcopi et sancti Pelagii martyris Christi et reliquiae sanctorum qui ibidem sunt reconditae; facimus idem cartula de nostro monasterio proprio unde ad nos fecit nostra domna comitessa domna Offresa cartula: damus ipsum monasterium ad locum illum quae desursum resonat pro remedium animae meae et domna nostra comitessa domna Euffresa et de suos neptos Munio Fernandiz et domna Tegidia vel domna Fronilde. Damus atque concedimus cum edificiis suis, ecclesias, solares, casas, cupas, lectos, catretas, petras, mobiles et inmobiles, rem causas, comparationes et ganantias presentes et futuras, terras, vineas, cultas et incultas, pratis, pascuis, padulibus?, exitus montium, riuis aquarum, vineas et omnes generes arborum, pro ubicumque potueritis illum invenire, cum totum nostrum circulo gananciae quae ibidem ganavimus aut ganaremus vel ganaturi fuerint posteritas nostra aut prestatura fuerit omnia rem maxima usque in una culiare. Est ipse monasterio in territorio de Trigueros in loco predicto <sup>que</sup> dicitur villa Conforcos et reliquiae Sancti Michaelis, aqua <sup>que</sup> montis ipsius discurrente flumine Pisorga. Dabimus illum ab omni integritate per suis terminis et locis antiquis. Habeant <sup>que</sup> inde abbat es et fratres, cultores et defensores, laboratores et oratores, victum vel subsidium, et animas nostras in paradiso parte <sup>vel</sup> remedium, et post obitum nostrum in regula de Sancta Maria sit confirmata. Si quis tamen, quod fieri non credo, aliquis homo ad irrupendum venerit vel venerimus, tam mea parte quam etiam et de extraneis et aut de qualiscumque formam omnis, contra hanc cartulam confirmationis vel scriptura firmitas quae non serviat ista casa, cum sua hereditate ad Sancta Maria Aquilarense: homo ille qui talia commiserit, in primis, anathema sit et non habeat parte cum Dominus nisi cum Judas traditore lugeat penas <sup>que</sup> inferni, et Datam et Abyron quos vivos terra absorbit; et in hoc mundo sit excommunicatus et a fide sancta catholica sit extraneus, et post vita sua in igneis catenis anima eius religata usque in saecula saeculorum. Amen. Et de super, a parte rex imperatoris terre VII libras aureas reddat in coto, et abbates vel <sup>que</sup> fratres de

Sancta Maria, illo monasterio cum totas suas hereditates sicut  
super scriptum est quadruplato, sic<sup>ut</sup> canones continent. Facta  
 cartula ista confirmationis vel roborationis die II, XII Ka-  
 lendas februarias. Era MLXIII. Regnante rege Ferdinandus in  
 Legionem sive in tota Castella. Episcopus Ciprianus in sedis  
 Sancte Mariae. Ego Petro perbyter a vobis basilica Sanctae  
 Mariae et sancti Petri apostoli et sancti Joannis Baptistae  
 et sanctis qui ibidem sunt reconditos, et abbates vel ad fra-  
 tres qui ibidem sunt, in hac carta confirmationis ex manu mea  
 + facie coram testibus et roborantibus. Tellus hic testis,  
 Bellaco hic testis, Fernandus, hic testis, Flaino hic testis,  
 Suvario, hic testis, Furtum Alvariz confirmat, Petro Gundi-  
 salviz, confirmat. Munio Fernandiz confirmat, Munius abbas  
 confirmat. Martinus abbas, confirmat, Petrus abbas, confirmat,  
 Suavarius, abbas confirmat. Lupe presbyter, hic testis, Sancio  
 presbyter hic testis Garcia presbyter hic testis, Galindus pres-  
 byter hic testis, Fernandus presbyter hic testis, Pelagius pres-  
 byter indignus notavit et signavit.

7

Año 1042.

Donación que doña Fronilde hace al Abad Analso y al Monasterio de Aguilar de la quinta parte de las propiedades y bienes de su hermana Gelvira.

Manuel Assas, en Monasterio Abadía de Aguilar de Campoo en "Museo Español de Antigüedades" p. 601.

Die VI feria XVI kalendas decembris Era MLXXX. Ego Domna Fronilde ex spontanea mea voluntate, sic trado quinta pro anima de mea germana Gelbira; trado ipsa quinta ad ecclesia Sanctae Mariae et sancti Petri et ad abbate nostro Analso: trado ipsa quinta pernominata, id est III equas et III vacas et duos boves cum suos atuendos, et tres tapetes antemanos, et III casullas

las duas de sirgo, et dos basos de ariento et ses oves et II parelios de sabanas et uno parelio de letratos et uno orrio et uno libro manuale. Et confirmo et torno Sancti Saturnini cum suos terminos, et S. Pelagii cum suas hereditates et suas defesas et suos pratos et suos terminos ab integritate, et illa defesa de Matamorisca pro suos terminos certos ab integritate. Sic lo trado in ista regula yo domna Fronilde pro remedio de anima mea germana domna Gelbira: et confirmo eam per semper in ista regula de Sancta Maria et Sancti Petri, et abba te nostro Analso. Et si de hodie vel tempus, aliquis de gens mea vel quislibet homo qui ista quinta de ista regula abstulere quisierit, aut istum meum factum vel directum ad dirumpendo venerit, descendat super ipsum hominem ira Dei et romphea celeste et virtus Altissimi; et superinde pariet ad istam regulam simile tale quinta duplata con triginta sueldos. Et ego domna Fronilde in hac traditione regula, de ista quinta que tradivi et legente audivi, manu mea roboravi coram testibus. Froilas abbas et Flaino abbas, et Ovequio abbas hic testes sumus et manu nostra roboravimus.

Sesbaldus scripsit.

8

1074 - Febrero

1069 -en León- Castro Mayor.

Carta Privilegio de Alfonso VI al Monasterio de Aguilar.

A.H.N. Carpeta 1647 - N<sup>o</sup> 3.

Manuel Assas en "Museo Español de Antigüedades". Madrid 1872 T. II pág. 602.

Sub Xristi imperio et individue **T**rininitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti **P**aracltyti qui omnia creavit ex nihilo. In eius nomine ego Aldefonsus imperator Hispanie trado titulum vestre petitionis vobis domno Roderico Diaz Campeatori una cum consanguineo vestro Lezenio abbati, qui vitam sanctam

ducit filius Sancie Bermudez, scilicet domum Sante Eugenie que est in territorio de Aguilar, que ascendit super villam de Cordovilla, que est circa montem qui vocatur de Sancta Eugenia, vallis ubi est locus sanctus in quo languidi et egri, per misericordiam Dei, percipiunt sanitatem. Predicta autem domus militum hereditaty abeat paupertatem, in testamentum quod non valeat se sustentare absque consilio et helemosina prudentium et bonorum hominum. Sed ego Aldefonsus, propter amorem Dei et beate Marie semper virginis et omnium sanctorum Dei pro remedio anime mee et parentum meorum, vivorum ac defunctorum et pro anime omnium fidelium xristianorum, Deo offero hereditatem de termino del monjon de la Pontanilla prefixo fonte et de Penna Defesa et de monjon de Cotylo prefixo Penna solariego de Rasillas per semitam antiquam per quam decurrunt homines de Cuena ad Orbó et de carrera de bacas sicut discurret ad Frontades et el prefixo del mojon de la Cruz de la antigua carrera et a los Pennales del Verzal de Nio de Cuervo et a Castellon et a la Terenilla de sumo Loma et a Mindanillez et a la Penna de Terena a summo Valle sicut aquas divertunt et per alfixo del predicto del Pennueco de la Phontanilla de monte et in fonte et de valle et in valli et de ryba in ryba quantum regali iure pertinet. Hanc hereditatem prenominatam concedo domui Sancte Eugenie et vobis domno abbati Lezenio et omnibus successoribus vestris ex progenie vestra venientibus magnorum vel paucorum qui habitaverint ipsum locum unusquisque habeant quingentos solidos. Et facio cartam firmitatis de benefetria de illo supradicto termino ad opus monasterii Sancte Eugenie et nostrum amorem Dei et beate Marie semper Virginis et propter amorem aliarum reliquiarum qui iby continentur Sancti Petri Apostoli et Sancti Johanis Baptiste et Sancti Stephani protomartiris et Sancti Nicholai et Sancti Gregorii et Sancti Benedicty et Sancte Lucie et Sancte Genme et Sancte Centolle et Sancte Agnetis et aliorum Sanctorum plurimorum Dei, quorum reliquie iby recondite sunt, quas abbas Lezenius de Roma et de Jherusalem et de Sancto Salvatore Oneacensis eas

attulit ad domum Sancte Eugenie. Idcirco ego predictus Alde-  
fonsus imperator, illam cartam libenter iure perpetuo conce-  
do et confirmo domui Sancte Eugenie et vobis domno Lezenio  
abbaty et sicut in regula testamenti quem attulit de Jherusalem  
et sicut Eugenius <sup>1.145 ad 1.153</sup> papa tercius Rome autorizavit anno quinto  
pontificatus et in romano privilegio continentur, ita concedo  
vobis et omnibus ex progenie vestra et successoribus vestris,  
ut eatis ad quale dominum ad beneficiandum domui Sancti Eugenie  
et ad defensionem vestrorum corporum et vestrarum hereditatum  
ad consanguineos vestros vel ad alios seu militem, seu potes-  
tatem, vel comitatem vel sedem, vel regem, usque in perpetuum  
eatis. Insuper, do vobis benefetria una cum monasterio Sancte  
Eugenie cum ingressibus et egressibus eius, et cum omnibus suis  
terminis cum montibus et vallibus, et fontibus, cum pratiis,  
pascuis, molendinis, et ligna, et lignorum defensis et inde-  
fensis, cum vineis et terris cum arboribus fructuosis et infruc-  
tuosis, et cum omnibus aliis rebus ad eam pertinentibus, qua-  
lescumque sint. Itaque concedo et confirmo domui Sancte Eufe-  
mie et vobis domno abbati Lezenio et omnibus successoribus  
vestris, libertatem ut nullum persolvatis forum neque ad regem  
neque ad hominem reguli ordinem neque secularis personam, ut  
non detis fonsadera neque monetam, neque adnuptum neque manne-  
riam, neque homicidium, neque portaticum, et sagium, non intret  
in hereditatem Sancte Eugenie; et in nullo mercato regni mei  
homines loci illius, non in aliis, non in aliqua parte, de re-  
bus quas ad opus domus Sancte Eugenie detulerint, persolvant  
portaticum vel tributum et usaticum, sed libere, et absolute  
abeatis in perpetuum. Et lignorum defensis intra terminum Sanc-  
te Eugenie et lignorum indifensis, intus et exterius, termini  
et prati, et pressura habeatis, et alia bona, eiusque potue-  
ritis habere. Et vias do vobis ad opus monasterii Sancte Eu-  
genye, ut ad vestros labores eatis per vyam que descendit a  
Foiediello et per summum serne regis et ad illam cabannam in  
qua persolvent portaticum et Orbanegiam et per illam carreram  
defesa de Genestar qui descendit ad Fontanillas et ad Fenares

omni tempore habeatis. Et in monte Tanno, et in Soto et in Transqueto et Sotiello de Fratres et in monte de Aguilar et in Buxapero et de Cueto Petroso sicut discurrit ad Sanctum Andream et ad aquam Camesiam ad pedem Pontis Foiedillo, ligna colligatis ad opus monasterii Sancte Eugenie et in termino de Cuena habeatis aquam Camesiam ad regadium et ad construendum molendinos in vestra hereditate. Et in Camesiam et in aliis aquis quas potueritis ad piscandum et in termino de Cordobilla in ebdomadam habeatis aqua de Fontem Calentem ad regandum duobus diebus et duabus noctibus. Si quis vero hos terminos Sancte Eugenie in aliquo contrarietatem in omnibus appendiciis suis fecerit seu iam dictam domum Sancte Eugenie diruperit, quinquaginta libras auri regie parti persolvat vel domino qui monasterio Sancte Eugenie ut comes se commiserit. Et qui homines loci illius disturberit et illos male tractaverit tam magnorum quam paucorum pectet in coto duos solidos; qui timorem vel lutorem fecerit, <sup>vel</sup> sanguinem eius effuderit, mil solidos persolvat et redat hominem talem ad honorem vel ad enmendationem; et si homo pauper fuerit qui calumniam operatus est, serviat monasterio Sancte Eugenie pro calumnia. Et nulla ecclesiastica neque secularis persona in hereditatem vel in domum Sancte Eugenie dominationem aliquam habeat, set libere et quiete habeatis omni tempore vos et successores vestri hereditates populatas vel depopulatas et universas acquisitiones vestras habeatis absolutas omni tempore. Et serviatis cum illa hereditate Deo omnipotenti et beate Marie semper Virgini et Sancte Eugenie et Sanctis Omnibus quorum reliquie iby recondite sunt et concedo vobis licentiam populandi in vestris ferraginibus iuxta villam de Cordovilla nunc et quando volueritis. Sic inquam confirmo vobis omni tempore libere et quiete habeatis et sine omnium contradictione in perpetuum. Sed perpetuum hoc datum et hunc honorem quod ego Aldefonsus imperator, offero domui Sancte Eugenie, vos in vestris orationibus commemorate et in memorie vestre sanctitatis. Si vero aliquis homo istam cartam aut istos foros frangere voluerit, in primis habeat iram

Dei Patris omnipotentis, super se descendat et pars illius sit cum Juda traditore in inferno inferiori et cum Datam et Abirom quos vivos terra absorbit et sit condēnatus in corpore et in anima.

Facta carta aput Legionem, anno tertio in quarto mense post obitum Sancii Regis in Zamora et in Castro Maior fuit tradita ad roborandum. Sub Era <sup>a</sup>MCXII. Regnante Aldefonso iam dicto Imperatore in Castella et in Estremadura et in Legionem] Ego Adefonsus Rex, confirmo. Petrus, Legionensis episcopus conf., Santius episcopus conf., Ovecus, Oniensis abbas, conf., Garcia Alvarus, Alfieriz Regis, conf., Fernandus Monnoz, Maior domus Regis, conf., Gonzalvus Nunnez de Lara c., Alvar Fannez conf., Roy Diaz Campeador conf., Roderico Ordonnez conf. Martin Alvarez de Aellon conf., Diago Ordonnez, conf., Comes Gomes conf. Comes Garcias, conf., Comes Gonzalvo Assurez conf., Comes Ramiro Flomar de Gallecia conf., Martin Fernandez de Penna Cadiella conf., Alvar Fannez, c., Martin Munnoz de Montemaior, c., Alvar Diaz d'Ocac. ] Magister Petrus Cidiz, Chancellarius Aldefonsi Regis, notavit.

Tel Diaz, Regalis, Maiorino Regis, conf.

Año 1103 - 9 dic.

Escritura de donación de tierras de Aguilar de Campoó que su dueña Munia Fortunez hace al Abad y frailes del Monasterio de Santa María la Real de Aguilar.

Manuel de Assas, Madrid 1872, en "Monasterio Abadía de Aguilar de Campoó en "Museo Español de Antigüedades" pág. 597.

Sub imperio Christi et individue Trinitatis, Patris quoque et Filii et Spiritus Sancti qui unus et admirabilis extat per nunquam finienda secula seculorum, amen. Notum sit omni-

bus christianis tam presentis quam futuris, tam clericis quam laicis, tam viris quam mulieribus, et tam senes quam juvenes; quod ego Munnia Fortuunez placuit animis meis et placet, nullus quoque gentis imperio nec suadentis articulo, sed propria mi accessit voluntas; et sic facio cartula vel scriptura firmitatis ad aulam beate Marie Virginis et sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et sancti Johannis baptiste et sancti Martini episcopi et sancti Pelagii martiris Christi, de una divisa, que venit de mea matre, sic offero ea ad aulam Sancte Marie virginis pro remedio anime mee. Et est illa divisa in Aquilare et in totas suas villas. In Aquilare sic offero III solares cum suos prestamos; los II solares populatos illum alium tercium solare pro populare. Et in cata Villa de Aguilare, singulos solares cum suas divisas. Et si populato ibi habuerint ipsos, fiat; et si non habuerint populatos, illa divisa cum suo solare. In primis, in Aquilare illos solares. Primum illum solare qui fuit de Johannes Belasquiz est populato cum suo prestamo. Alium solare de Petro Gonzalvez, cum suo prestamo. Sunt hi duos solares in barrio de Foiolo, illum alium solare ipso qui fuit de Cite... in barrio de Eras, cum suo prestamo. In Villavega una divisa cum tertia in uno solare cum suo prestamo. Et tertia de mea hereditate, in Sancti Vincenti una divisa. Et illo solare de Belasco, cum suo prestamo, est populato in Caorbio, illa mea divisa cum uno solare ipso de Justa et cum suo prestamo. Et per illos barrios de Caorbio singulas divisas. In Matamorisca, la mea divisa cum uno solare et suo prestamo. In Zalima mea divisa, et uno solare cum suo prestamo. En Raneto la mea divisa cum uno solar et cum suo prestamo. In Sancta Maria de Palomares la mea divisa et uno solar cum suo prestamo. In Sancti Mames mea divisa et uno solar cum suo prestamo. In Villanova la mea divisa et uno solare cum suo prestamo. Et in Frontada, la mea divisa cum suo solare cum suo prestamo. Illo de domna Juliana. In Centenera maiore la mea divisa et uno solar cum suo prestamo. Illo solar de Gutier est populato. In Centenera minore la mea divisa et uno solare cum suo prestamo. Et cada villa de Aquilare la

tertia de mea hereditate, en na mea racione; cum exitus et  
 introitus, in fontes, in montes, in pratis in pasquis in aquis  
 fluminis vel piscarias per suis terminis et locis antiquis ut  
 supra scriptum est ab omni integritate. Et ego Munnia Fortun-  
nez, sic trado vel concedo atque confirmo ad basilica Sancte  
 Marie propter amorem Dei et redemptionem anime mee. Sic dono at  
 que concedo ista mea hereditate ad basilica beate Marie et  
 tibi abbas Eilanus, abbates et fratres, cultores, laboratores,  
 et oratores qui vitam sanctam portaverint, habeant inde subsi  
 dium, et animam meam in paradiso parte <sup>vd</sup> remedium amen. Et cum  
 tale foro facio ista scriptura et cum tale verbo que serviat  
 en casa de Sancta Maria vel ad abbates } et ad fratres qui ibidem  
 vitam sanctam portaverint. Et super isto meo facto caucione  
 ponimus quod, si aliquis homo venerit de aliqua pars aut de  
 gens mea, aut de propinquis vel extraneis, aut quislibet homo  
 ad iudicium compulsaverit vel vocem sublevaverit contra advos  
 Abbas Eilanus aut ad alios Abbates qui hic fuerint commoran  
 tes post vos vel fratres, per ista scriptura ad disrumpendum  
 venerit, in primis sit a Deo maledictus et a comunione separa  
 tus, maledictus permaneat usque in septima generatione ipse  
 homo qui tale comiserit et non habeat parte cum Deo neque cum  
 angelis neque cum archangelis neque cum animis justorum, sed  
 cum Juda traditore lugeat penas in inferno inferiori usque  
 in secula seculorum amen. Et post hoc nec infirmos visitentur  
 nec mortuos sepeliantur, nec in fine misericordia consequentur  
 amen. Et superunde a parte imperatoris terre quomodo pariet  
 ipse homo VIII libras aureas et reddat illas in cauto sicut  
 lex continet. Et ista hereditate in quadruplum reddat illa  
 intus in Aquilare vel in suas villas, sicut in ista regula vel  
 scriptura resonat. Et cartula ista habeat firmitate. } Facta car  
 ta vel scriptura testamenti notum die quod est VI feria et no  
 nas decembris. Sub Era <sup>aa</sup> <sup>a</sup> MCXXXI. Regnante imperii gratia Dei  
 Adifonsus rex in Toletola sedis, et in Legione, et cunctis  
 provinciis Castelle. Et ego Munnia Fortunnez, qui hanc scrip  
 tura que fieri volui et legente audivi, et de manu mea + robo  
 ravi coram testibus tradidi ad roborandum. } Vellite testis,

Cite, testis, Didaco, testis, hic testes sumus, legentes audivimus et de manus nostras +++.

Didaco Petrez, audi et confirmo. Gonzalvo Asurez audi et confirmo. Comes domno Martin, audi et conf. Abbas Dominico audi et conf., Abbas Ecilanus audi et conf., Albaro Abbas audi et conf., Armentero Diaz hic roboravi, Petro Nunnez hic roboravi, Didaco Citiz hic roboravi, In coro, concilio vel coram hominibus aquilarensis, audita et confirmata vel roborata.

Vigilanus presbiter, scripsit et hoc + fecit.

10

Año 1110 - 11 de Enero.

La Condesa Doña Eldonza dona todos sus bienes a los Frailes del Monasterio de San Juan Bautista y de San Zoilo.

A.H.N. Carpeta N<sup>o</sup> 1647 N<sup>o</sup> 4.

In Dei nomine ego Ildoncia, comitissa, filia nobilissimi consulis Gomez Didaci et Tarasie comitisse: vobis fratribus Deo servientibus et Sancti Benedicti regule obedientibus scilicet in Monasterio Sancti Johannis Baptiste et Sancti Zoili martiris habitantibus; in Domino nostro Jhesu Xristo eternam salutem amen. Volo ut agnitum sit omnibus hominibus qualiter ego supra dicta Comitissa Ildoncia disposui facere testamentum omnium hereditatum mearum pro remedio anime mee et parentum meorum huic praedicto Monasterio. Tali scilicet conventionem ut, postquam ab seculo migravero, mea hereditate a filiis meis vel neptis ab integro iure hereditario possidentur: praeter illud quod alicui per kartam dedi vel dederam et praeter hoc quod ad Sacristianiam huius Monasterii post discessum iubeo meum. Id est de Pharaiones de Fontesua, de Sancto Johanne de

Taradoi de Villa Vera, de Villa Maurel, de Villa Gonzalvo et de Villa Maior, tertiam partem inde concedo ad supra dictam Sacristianiam post mortem meam. [Id] si forte peccato impediēte de filiis meis radix non fuerit ulla, tunc mando ad supra dictum Monasterium omnem hereditatem meam. Et mando malleolum meum cum sua cuba quod est in Sancto Johane de Taradoi ad Monasterium Sancti Petri Cluniacensis: propter debitum (incencia) quod per unum quemquem annum ibi dare disposui. Hanc hereditatem quam ad Monasterium Sancti Johannis et Sancti Zoili iubeo, si radix defuerit filiorum meorum: obtinui eam ex parte parentum meorum et ex parte avi mei Munionis Fernandic. Et ideo eam ad prefatum Monasterium de servire precipio, ut partem obtineamus in omnibus sacrificiis et beneficiis ibi factis; et ut inde corona eterne remunerationis nobis a Deo donetur. Si quis tamem presenti obviaverit scripture perpetua damnetur excommunicatione et habeat partem et societatem cum Datham et Abiron, cum Simone Mago, cum Juda quoque; atque Nerone, cum diabolo et angelis eius, et pereat in eternum Amen; et Regi persolvat auri talenta decem et hunc meum factum semper sit firmum. ] Facta karta testamenti noto die XI kalendas Januarii. Era millessima C<sup>a</sup> X<sup>a</sup> LVIII<sup>a</sup>. Ego Ildoncia Comitissa hoc testamentum mea iussione factum modis omnibus confirmo et confirmatum concedo + Qui presentes fuerunt: Petrus, testis, Didacus, testis.

Raimundus huius curie scriptor iussione praefacte Comitisse hanc legitimam membranam scripsit.

Raimundus.

## 11.

Manuel Assas "Monasterio de Aguilar" en "Museo Español de antigüedades" pág. 602. Madrid 1872.

Año 1112, 17 mayo. Aguilar

Donación de Juan Pérez al Abad don Eilaz al Monasterio de Aguilar de una viña y otras heredades en Santa Leocadia, en Salinas y en Flanos.

In Dei nomine. Ego famulus Dei Johannes Petriz, non per metum neque per manus exortas, sed propria mihi accessit voluntas propter diem iudicii timendi et penas inferni pavendi et paradisum conquirendi, sic me trado ad aula de Sancta Maria et ad tibi Abbate meo Don Eyla vel ad fratres, con quarto de tota mea hereditate. In primis, pono unam vineam in costa de Sancta Leocadia; de una pars, habet terminos de Armenteros Didaz, de alia pars de filios de Didago Veylaz. Et in Salinas un prado termino<sup>in</sup> prado de illa condesa Doña Sancia; et una ferene de una pars habet terminum illa carraria qui discurret ubique et de alia pars habet terminum illa carraria qui discurret ubique, et de alia pars terminum de poplatore. Et duas facolas ibi in Flanos, una ad illo Espino, tota iuxta carraria, alia ubi dicen Lomeruelos; et istam hereditatem per certos suos terminos ab omni integritate que pongo Johannes ad aula de Santa Maria propter remedio anime mee. Attmen si quis ego Joannes aut <sup>de</sup> neptis meis aut sobrinis, aut de progenie mea, de propinquis aut longinquis, aut comes aut potestas aut quislibet homo vel aliqua subrogata nostram personam, de aliqua pars ad iudicium compulsaverit aut vocem sublevaverit, ipso homine qui tale commiserit, in primis, sit a Deo maledictus et a comunione separatus, et non habeat ille homo partem cum Deo neque cum angelis neque archangelis, sed habeat ille homo partem cum Datam et Abyron, quos illos vivos terra absorvuit, et penas inferni lugeat, et a limine Ecclesie excommunicatus a cetu et fide christianorum; et cartula ista plenam habeat firmitatem. Facta carta donationis notu die IIII feria XV

kalendas Junii Era MCL, regnante Alfonsus rex in Aragonia et in Castella, et regina Urraca in sua potentia. Ego Joannes, qui cartula feci, legente audivi et de manu mea + roboravi coram testibus. Petro testis, hic testes sumus, legente audivimus, et de manu nostra roboravimus.

12

Año 1113, 6 de Septiembre.

Carta o documento de donación que Alfonso Vernardo hace a Ordoño Pelaiz.

A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 5.

(Crismón) In Dei nomine et in salute eterna amen. Ego Adefonsus Vernardo placuit mihi et placet ut facerem tibi Ordoño Pelaiz kartula de illo solare que compare de Don Alfonso de Frontata in Villa de Agilar; de una parte currit aqua de Sancte Marie et de alia pars illa carrera qui vadit in parte ~~propa~~ la ponte. Et de isto solare la mea medietate. Sic facio tibi carta ut scriptura plenam habeat firmitatem. } Facta carta notum die V feria VIII idus septembris. In era T<sup>a</sup>C<sup>a</sup>LI (año 1113) Regnante rex Adefonsus de Aragona usque in Astorga cum multa rixa rixa. Et, si aliquis homo istam scripturam ad dirumpendum venerit aut ad iudicium compulsaverit, non habeat parte cum Dei nisi cum Judas traditore. Et a parte Imperatoris, terre centum solidos. Ego Adefonsus Vermudiz qui hanc cartam volui fieri, legente audivi et de manu mea +++ roboravi.

Coram testes. Cidi testis, Vellido testis, La Cometissa donna Endercima testis, Martinus Alfonso ts., Rivo Petriz de Vadbía ts. } Petro Anaiaz scripsit.

Año 1141. Febrero

Manuel Assas "Monasterio de Aguilar" en "Museo Español de Antigüedades" pág. 603, Madrid 1872.

Donación al Monasterio de Aguilar del Conde Osorio u Ausorio y su mujer Teresa Fernández de las heredades de Villavega.

Principium scripti maneat sub nomine Christi. Sub ipsius nutu eiusdem imperio qui cuncta creavit ex nichilo, demumque proditum(que) hominem restauravit sanguine suo proprio. Ego qui dem Aussorius comiti, una pariter cum uxor mea Taresia Fernandiz, non per metu neque per extortabilia corpora nostrorum, sed propria nobis advenit voluntas, et damus atque concedimus nostra propria hereditate que habemus in Villavega, damus illa ad atrium Sancte Marie Virginis, et ad Sanctorum apostolorum Petri et Pauli et Sancti Joannis baptiste et sancti Pelagii martiris et ad reliquie qui in ista continentur ecclesia et ad cultores qui in eo loco sunt, ut habeant inde solacium, et animas nostras habeant inde remedium, et pro anima de nostro filio nomine Ruderico, qui quiescit in loco isto, ut habeatis et possideatis; et de illa hereditate tenet solare de Martin del Espino, et de vobis, in illa villa que superius resonat, meos palacios cum illa divisa del comite Ruderico Martínez meo ermano, et tota illa hereditate que habeo in Villavega, nisi tantum illo solare que iam dixi; do vobis illa hereditate cum exitus et regressitus, et cum suis terminis per cunctis locis. Et de hodie inceptis, de nostro iure sit abraso; et in vestro sit tradito atque confirmato. Si quis vero; ego, comes Ausorius aut uxor mea Taresia Fernandiz comitisa, aut filiis nostris vel ex genere nostro, aut rex, aut comes, aut potestas, quislibet homo, regula ista contrariare voluerit et ad iudicium pulsaverit, in primis, ira Dei veniat super illo; et lugeat penas in inferno inferiori cum Juda traditore, et ad regiam partem exolvat quindecim libras auri, et ad vobis, cultores ecclesie Sancte Marie illam hereditatem duplatam vel melioratam

similem in tale loco. Et scriptura ista plenam habeat firmitatem. } Facta scriptura ista notum die V<sup>o</sup> feria kalendas februarii Regnante Alfonsus imperator cum imperatrice Berengaria in Leone et in Castella et in Toletto. Sub Era MCLXXVIII. Ego comes Osorius in Aquilare et in Levana et in Campos et in Leione. Comes Rudericus Gomez in Asturias et in Castella. Didago Munioz maiordomno de nostro imperatore. Ponz de Venerua alferiz. Ego quidam Osorius comes, una pariter cum uxor mea Taresia Fernandiz hereditatem illam damus ad atrium Sancte Marie virginis, et ad vos Abbas Johannes et ad cultores ecclesie qui ibidem sunt. Et scriptum istum fieri iussimus et manu nostra signum roboravimus. Testibus quoque ad roborandum tradimus. Cide testis, Vellide testis, Hic testes sumus, legente audivimus et de manu nostra signum roboravimus.

14

Año 1141

El Conde Asusterio y su mujer Taresa conceden al Monasterio todos los bienes que tienen en Villavega de Aguilar.

Copia de la Biblioteca Nacional ms. 1179 f. 14 y 15.

Principium scripti maneat sub nomine Christi, Sub ipsius motu, eiusdemque Imperio qui cuncta creavit ex nihilo lodi-  
mumque perdictumque hominem restauravit sanguine suo proprio. Ego quidem Ausustorius Comitis una pariter cum uxore mea Tarsasia Fernandiz non per metum neque extorta corpora nostrorum sed propria nobis advenit voluntas, et damus atque concedimus nostram propriam hereditatem quam habemus in Villavega. Damus illam ad atrium Sancte Marie Virginis et ad Sanctos Apostolos Petri et Pauli et Sancti Joannis Baptiste et Sancti Pelagii Martiris, et ad Reliquias que in ista continentur Ecclesia et ad cultores qui in eo loco sunt, ut habeant inde solatium, et

animas nostras habeant inde remedium et pro anima de nostro filio, nomine Roderico, qui quiescit in loco isto, ut habeatis et possideatis. Et de illa hereditate teneo l solare de Martin del Spinar; Et do vobis in illa Villa que superius resonat meos Palatios cum ila divisa del Comite Ruderico Martinez meo fratre, et totam illam hereditatem quam habeo in Villa Vega, nisi tantum illo solare quod iam dixi; do vobis illam hereditatem cum exitibus et egressibus et cum suis terminis per cuncta loca; et desde odie inceps de nostra iure et in ~~v~~estro sit tradito atque confirmato. Si quis vero aut Ego Comes Ausorius aut uxore mea Tarasia Fernandiz aut filiis nostris vel ex genere meo aut Rex, Comes, aut potestas aut quislibet homo, regulam istam contra comtrariare voluerit et ad iudicium pulsaverit, in primis ira Dei veniat super illum. } Facta scriptura ista notum die V feria kalendas Februarii, Regnante Alfonso Imperatore cum Imperatrice Berengar<sup>ia</sup> in Legionem et in Castela et in Toletum sub Era MCLXXIIII. Ego Comes Osorius in Aquilare et in Lievana et in Campos et in Leione, Comes Rodericus Gomez in Asturias et in Castella. Diago Munioz Maior <sup>domus</sup> de Domino nostro Imperatore, Ponz de Mignerva Alferiz Ego quidem Osorius Comes una pariter cum uxore mea Taresia Fernandez hereditatem illam damus atque concedimus ad atrium Sancte Marie Virginis et ad vos Joannes Abbas et ad consultores Ecclesie qui ibidem sunt; et scriptum istum iussimus fieri et manu nostra roboravimus; testibus quoque ad roborandum tradimus.

Cide, festis. Velide ts.

Hic ts. sumus, legentem audivimus et de manu nostra roboravimus.

y dependiente de Aguilar alude a un Privilegio del Rey Alfonso VII por el que se conceden propiedades al citado Monasterio de Cordovilla, dependiente a su vez del Monasterio de Santa María la Real de Aguilar de Campoó.

A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 6.

Divina Dei inspirante clemencia qui Trinus in personis et unus in esencia permanet, cuius Regnum non incipit nec definit in secula. In eius nomine notum sit omnibus quod ego Petro Diaz de Sancte Eugenie de Cordovilla concedo et confirmo predicte domui Sancte Eugenie quantum Aldefonsus Rex propter amore Dei et Sancte Marie semper Virginis et omnium Sanctorum et pro remedio anime sue et anime Fratris sui Sancii Regis et parentum suorum vivorum et defunctorum et pro animabus omnium fidelium xristianorum Deo obtulit Sancte Eugenie hereditamentum silicet cum predicto termino, ubi est locus sanctus in quo languidi et egri per Dei misericordiam recipiunt sanitatem et dedit in personam Domno Roderico Diaz Campeatori una cum consanguineo suo Lezenio Abate, filio Sancie Garciaz qui vitam Sanctam duxit et aquisivit ab Aldefonso Rege cum libertate et benefetria et cum scripture autori tate iure perpetuo tradit Do tibi, filia mea, domina mea Domenica Petriz et generatione tue ex te venienti Domum Sancte Eugenie cum omni integritate cum foro et cum omnibus rebus suis quas possidet ut possidere debet et sicut Eugenius Papa tercius autorizavit et in Privilegio continetur et sit ut Fulcherius Patriarcha confirmare et est in Regula ipsa atulit.

Año 1148

Donación de Fernán Petrez a Martín Gonzalvez de sus propiedades de Quintana de Hornillos.

Biblioteca Nacional m.s. 9194.

In Dei nomine et in salute eterna Amen. Ego vobis Fernan Petrez con tibi Martin Goncalvez et con Garcia Ordonez femus firmamentum de nostra hereditate que quando tibi (dedimus) la quarta de Trigueros que nostra parte in Aquilare et cum vobis Fernan Torto damus la quarta et Quintana de Forniellos pro vestra hereditate de Aquilare et de suis Vilis ad vos et ad vobros hermanos de Chintana, que vos dem vuestra parte in Aquilare et in suis Villis con tibi Petro Fernandez e Ferrand Fernandes, lexant la quarta in Bertabello et in Anedo. Por la quarta de Aquilar con Petro Valero lexant la Ración de Gumel et de Mahomut, que vendisti\$ por la quarta de Aquilar.

Garsia Gomez ts. Garcia Suarez ts. Ordon Petriz ts. Gomez Gonzalez ts. Gutioz Gutier ts. Garcia Petrez de Bur ts.

Regnante Rege Adefonso in Toleto et in Castella et in Legionem Era MCLXXXVI ista scriptura fac Abbas Vicente Guillelmus, Guter Fernandiz in Burgis et in Castro, et in Amaia Don Alvaro, et don Nunno in Aquilare et in Villascua (escusa), Gomez Gonzalez in Pardo (Prado), (Bado) Juan Dominguez de Burgos.

17

Año 1149

Carta Privilegio de Alfonso confirmando y corroborando otra de su padre por la que se conceden propiedades a la Iglesia de Santa María Magdalena de Fuentelanieve, que a su vez pertenecía al Monasterio de Santa María la Real de Aguilar.

A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 7

(Notum) Sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris quod ego Sanctius rex facio cartam de illa ecclesia Sancta Maria Magdalena qui est ad fonte vel nivem nomine simonem propter amorem Dei et animam meam et anime parentum meorum; et habeat

in omni vita sua cum istud fuero quia nullus illud monasterium intrare nisi ad orationem neque a de intus neque de foris de ubi terminum est de illud monasterium nullum malum potestatem non iuerit aut in suo termino et aliquis homo post ille intraverit pro occidere aut pro aliquod malum facere pectet quingentos solidos et habeat ira Dei. Ego imperator Ildefonsus similis autorizo istam cartam quam filiis meus Sanctius facit. (Et si aliquis homo in istum monasterium {intraverint} in inferno sepultus Et postea pariat in cauto ad regem quingentos solidos auri.) et si aliquis homo de nostra natura aut de alia {adierit} in inferno sit sepultus. Et postea pariat in cauto ad regem quingentos solidos auri Et si aliquis homo in istum monasterium intrare, ipsas casas et ipsa hareditate libra sit de omnibus serviciis et serviat ad monasterium cum suo foro tale cum illud foro de monasterium; nullus aut latro cum aliquid de avere de monasterium furtaverit non habeat potestatem merino ni nullus homo supra illum nisi ille senior qui (borrado) seniore. De ista carta sunt testes Comites et potestates,, testes Comite ramir froilaz ts. Comite Manriquezts., Comite ferranduz ts. (borrado) in palentina sedis Episcopus Victoris in Burgos. } Ista carta fuit facta in Era M<sup>ca</sup> Octogesima VII<sup>a</sup> (1149) } Martinus scriba de rex.

Año 1152.

Carta de venta de todos sus bienes que hace Alfonso Juanes a don Gutiérrez.

A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 9.

(Crismón) In Dei nomine et in salute eterna, amen. Ego Alfonso Johanes vendo a vos don Gutierrez et su mulier donna María la tertia del solar en que sedet Petro Martinez, la tertia

de quanto tovo María Xemenez terras vineas, pratis cum exitibus et ingresibus de monte et fonte ubi invenire potueritis. Et accepi de vobis in perpetuum quatuor maravedis et super vos nullus debitus remansit per dare Et si aliquis homo ista ~~per~~ <sup>scriptura</sup> ~~venerit~~ <sup>vel</sup> ad disrumpendum venerit ad iudicium compulsaverit, non habeat parte cum Deus nisi cum Juda traditore; lugeat penas inferni inferiori et in coto ~~per~~ <sup>ectet</sup> 30 novos aureos. } Facta karta ~~noctum~~ <sup>die</sup> martes de mense Aprilis Era M<sup>a</sup>C<sup>a</sup>LXXX, Regnante Adefonsus imperatore in Legionem et in Castella et in Toletum vel in Almeria Comite Exinegot in Vallis Olit et in Cabeçon, Fernandus ( ) en Clunias, Episcopus Raymundus in Sedis Palentine. Comite Ramirus in Trigueros. } Cide testis, Bellide testis, } Annaia confirma Martín Anaezaudi et confirma Gonzalvo Martínez audi et confirma, Munio Periz audi et confirma, Johan Gomez audi et confirma Martín Domingez audi et confirma, Cid Arias audi et confirma, Domingo Estevanez audi et confirma. } Hic testis sumus et legentem audivimus et manibus meis +++ roboravimus. In Concilio de Conforcos audita et confirmata.

Et ista comparatione que comparavere Pedrez et sua mulier Maria Pedrez en Penna Maria Pedrez sua ereditate et comparavit ista ereditate.

19

Año 1152

Privilegio Imperial de Alfonso VII poniendo bajo su protección todos los bienes del Monasterio de Aguilar. *de San Agustín de Herrera*  
*que los dona al Abad Sancho de Retuerta*  
 Biblioteca Nacional ms. 9194 f. 22.

In nomine Sancte et Individue Trinitatis que a fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quoniam Principum, Regum et maxime Imperatorum et vestros religiosos honorare et eorum pe

titiones exaudire loca <sup>etiam que</sup> ~~etiam que~~ <sup>ratio</sup> pia instituit ditare, posesio-  
 nibus ampliare. Quoniam etiam facta eorundem Imperatorem scrip-  
 to in perpetuum valituro firmari debent atque muniri ne tem-  
 pore procedente improbitate sive <sup>u</sup> asu temerario cuius quam  
 possint violari ~~ea~~ propter ~~ego~~ Adefonsus, totius Hispaniae Di-  
 vina clementia famosissimus Imperator una cum uxore mea Im-  
 peratrice Domina Rica et cum filiis meis Sancio et Ferrando  
 Regibus simul etiam cum filiabus meis scilicet Constantia in-  
 clita Francorum Regina, et cum Sancia Nobili Navarre Regina.  
 Facio cartam donationis de Monasterio Sancti Augustini que  
 est in Ferrera, et scriptum firmitatis in perpetuum valiturum  
 Deo et Beate Marie de Retorta et domno Sancio Abbati et omni-  
 bus fratribus ibidem conmorantibus et omnibus sucesoribus  
 eius cum suis terminis, cum pascuis et montibus cum ribis et  
 molendinis, cum egresibus et regresibus et cum omnibus ibidem  
 pertinentibus. Et insuper concedo vobis in montibus meis co-  
 ligendi ligna et in ~~existibus~~ <sup>arandi</sup> arandi et laborandi. Do  
 etiam vobis atque concedo firmiter iure meo imperatoris ut  
 habeatis potestatem vendendi, donandi, vel quolibet faciendi.  
 Et hoc factum meum <sup>firmum</sup> et inconcusum si quis infringere temptave-  
 rit imprimis iram Dei incurrat et cum Juda proditore Domini  
 in inferno inferiori lugeat et insuper Regi centum libras auri  
 persolvat (exolvat). } Facta carta Era MCLXXXX Imperante Alfonso  
 Imperatore <sup>in</sup> Toletu, Legionu, Galecie, Castella, Navara, Saragocia,  
Baetia et Almaria. Ego Aldefonsus Hispanie Imperator una cum  
 filiis meis et filiabus meis hanc cartam quam fieri iusi manu  
 mea roboro et confirmo. } Rex Sancius conf., Rex Ferrandus con-  
 firmat Raimundus Palentinus Eps. cf. Joannes Oxomensis Eps.  
 cf., Rodericus Calaforensis Eps. cf., Suercius Cauriensis Eps.  
 cf., Victor Burgensis Eps. cf., Vicencius Secobiensis Eps. cf.,  
 Joannes Legionensis Eps. cf., Joannes Lucensis Eps. cf., Petrus  
 Mendonensis Eps. cf., Martinus Compostelanus Archiepiscopus cf.,  
 Comes Almanrricus cf., Comes Lupus Muarus Pedriz c., Comes Ro-  
 dericus cf., Pelagius Corvus cf., Membraganiz cf., Gutier Fernan-  
 dez Maiordomus Regis cf., Nunius Pedrez Alferiz Imperatoris, Gun-  
 disalvo Roderiz Alferiz Regis, Comes Poncius Maiordomus Impera-

toris c. } Signum Imperatoris. } Magister Petrus, Domini Imperato-  
 ris Cancellarius, qui hanc cartam dictavi.

20

Año 1152

Privilegio del Emperador Alfonso VII al Abbad don Sancho y al Monasterio de Retuerta del Monasterio de San Agustín de Herrera.

A.H.N. Carp. N<sup>o</sup> 1647 N<sup>o</sup> 10

Manuel Assas. Monasterio de Aguilar en "Museo Español de Antigüedades" p. 605 T.1, Madrid 1872.

In nomine Sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quoniam principum, regum et maxime imperatorum est viros religiosos honorare et eorum petitiones exaudire, loca etiam que actio pia instituit ditare, possessionibus ampliare. Quoniam etiam facta eorundem imperatorum scripto in perpetuum valituro, firmari debent atque muniri; ne tempore procedente improbitate sive ausu temerario cuiquam possit violari;

Ea propter ego Aldefonsus, totius Hispanie, divina clementia famosissimus imperator, una cum uxore mea imperatrice Domina Rica et cum filiis meis Sancio et Ferrando regibus, simul etiam cum filiabus meis scilicet Constancia, inclita Francorum regina, et cum Sancia, nobili Navarre regina, facio cartam donationis de monasterio Sancti Augustini, qui est in Ferrera, et scriptum firmitatis in perpetuum valiturum. Deo et beate Marie de Retorta et domino Sancio Abbati, et omnibus fratribus ibidem commorantibus et omnibus successoribus eius, cum suis terminis, cum pascuis, et montibus, cum rivis et molenis, cum egressibus et regressibus et cum omnibus ibidem pertinentibus; et insuper concedo vobis in montibus meis colligendi ligna, et in exitibus meis, arandi et laborandi. Do

etiam vobis, atque concedo firmiter iure meo imperatoris, ut habeatis inde potestatem vendendi, donandi, vel quolibet faciendi. Et hoc factum meum, firmum et inconcussum, si quis infringere tentaverit, in primis ira Dei incurrat, et cum Juda proditore in inferno inferiori lugeat, et insuper Regi centum libras auri persolvat. Facta carta Era MCXXXX, imperante Adefonso imperatore Tolleteo, Legionem Gallecia, Castella, Navarra, Saragocia, Baetia et Almaria. Ego Adefonsus, Hispanie imperator, cum filiis et filiabus meis hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro et confirmo. Rex Fernandus confirmat. Rex Sancius confirmat, Comes Almaricus confirmat, Comes Lupus confirmat, Guter Fernandez maiordomus Regis confirmat, Nunius Pedrez alferiz Imperatoris, confirmat, Gundisalvus Rodriz alferiz regius confirmat, Alvarus Pedriz confirmat. Joannes Tolletanus episcopus confirmat, Joannes Oxomensis episcopus, confirmat, Raymundus Palentinus episcopus confirmat, Vincensius Secobiensis episcopus confirmat, Joannes Legionensis episcopus confirmat, Victor Burgensis episcopus confirmat, Rodericus Calaforrensensis episcopus confirmat, Martinus Tarraconensis episcopus confirmat, Petrus Meidumensis episcopus confirmat, Suerius Caurensis episcopus confirmat, Joannes Lucensis episcopus confirmat, Comes Pontius maiordomus Imperatoris confirmat, Comes Rodericus confirmat, Pelagius Corbus confirmat, Membraganz confirmat, Alvarus Roderiz confirmat.

Ego magister Petrus, Domini Imperatoris cancellarius qui hanc cartam dictavi.

Año 1154, 16 de Octubre. Toledo

Privilegio Real de Sancho III de Castilla en el que consta la donación por el Rey de sus pertenencias y derechos de Fuente-laencina al Prior de Santa María Magdalena del citado pueblo.

A.H.N. Carpeta N<sup>o</sup> 11.

(Crismón) In Xristi nomine. Quanto diviciis et possessionibus habundantius quisquam videtur atulere tanto largius de his que possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum remissione debet impendere iuxta illud apostoli. «Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei». Ea propter ego Rex Sancius domini Aldefonsi imperatoris filius cum eius consensu et voluntate facio cartam donacionis et confirmacionis de hereditate quam ego habeo in Fontedelazina, vel habere debeo, Deo et Ecclesie Sancte Marie Magdalene ibi nuper fundate et tibi Gualterio eiusdem Ecclesie Priori et Concanonicis Regule Sancti Augustini ibi Deo servientibus tam presentibus quam futuris, ut ab hac die habeatis predictam hereditatem iure hereditario in perpetuum. Et hoc <sup>propter</sup> facio amore Dei et remedio anime matris mee et parentum meorum necnon et peccatorum meorum remissionem. Si quis homo meum factum infringere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et cum Juda proditore Domini in inferno dapnatus et pectet Regie parti quingentos morabetinos et hoc meum factum semper maneat firmum. Facta carta Toleti sub era MCLXXXII (año 1154) et ~~q̄~~ XV kalendarum novembris Imperante Aldefonso Imperatore Toleti, Legionis, Gallecia, Castella, Naigara, Sarragocia, Baetia et Almaria. Ego Rex Sancius hanc cartam quam fieri iussi meo proprio robore confirmo. Johanes Toletanus Archiepiscopus et Primas Hyspanie confirmat, Reimundus Palentinus episcopus qf., Johanes Legionensis eps. qf., Victorius Burgensis eps. qf., Johanes Oxomensis eps. qf., Rudericus Naiarensis eps. qf., Didacus Fernandiz Maiorinus Imperatoris confirmat., Regina Domna Blanca uxor Regis qf., Comes Almanricus qf., Comes Poncius maiordomus imperatoris qf., Goterre Fernandiz maiordomus Regis qf., Comes Lupus de Castella qf., Nunnus Petriz Alferiz Imperatoris qf., Gonzalvus Ruderiguiz Alferiz regis qf., Martinus, Regis Notarius, <sup>per</sup> vissum Nicolay Palentinus Archidiaconi, et eiusdem Regis Cancellarius scripsit.

Signum Regis Sancii.

Año 1155, 9 diciembre. Burgos

Privilegio del Emperador Alfonso VII concediendo exención de portazgos al Abad don Sancho y a todos sus sucesores y a todos los hombres que en adelante ingresaren en su Monasterio bajo la Regla de San Agustín.

A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 12.

(Crismón) In nomine Domini, amen. Inter cetera virtutum et misericordie opera: elemosina maxime comendatur, Domino ates tante qui ait: «date et dabitur vobis» Qua propter ego Adefon sus Dei gratia totius Hispanie imperator, una cum uxore mea imperatrice domina Rica et cum filiis meis Sancio et Fernando Regibus, Deo et Beate Marie et Sancto Augustino et vobis domno Abbati Sancio et omnibus successoribus vestris et omnibus Abbatibus vestri Ordinis, tenentibus Regulam Sancti Augustini pro animabus parentum meorum, et peccatorum meorum remissione. Facio cartam donationis et textum firmitatis ut in toto meo Imperio non detis portaticum de omnibus rebus vestris, dono et<sup>que</sup> vobis et concedo ut omnes illi homines qui voluerint venire ad vestrum Ordinem sive clerici, sive milites, sive rusti ci cum hereditate sua seu censu voluerint, libere et quiete veniant. Et mando quod nullus homo sit ausus illis venientibus ad vestrum Ordinem aliquam iniuriam facere; dono vobis ut ne mo sit ausus aliquem de vestro Ordine percutere. Et hoc meum factum rumpere temptaverit sit maledictus a Deo et excomunicatus et cum Juda Domini traditore in inferno dampnatus et insuper pectet regie parti et vobis mille morabetinos, ita quod habeam medietatem de illis et vos aliam. Facta carta in Burgis V<sup>o</sup> idus (9 de dic) decembris era M<sup>a</sup>C<sup>a</sup>LXXXIII<sup>a</sup>.

Imperante ipso Adefonso imperatore, Toletu, Legioni, Gallie, Castelle, Navare, Saragocie, Baecie, Almarie, Andugar, Petroche, et Sancte Eufemie. Ego Adefonsus, Dei gratia totius Hispanie Imperator, hanc cartam quam fieri iussi, propria manu mea confirmo atque roboro et signum proprium impono. Comes

Barchilonie et Sancius Rex Navarre vassalli Imperatoris, ] Mar-  
 tinus Ovietensis episcopus confirmat, Johannes Archiepiscopus  
 Toletanus confirmat, Johannes Legionensis eps. cf. Venancius  
 Secobiensis eps. cf. Martinus Auriensis eps. cf., Ennicus Avi-  
 lensis eps. cf., Johannes Lucensis eps. cf., Stephanus Zamoren-  
 sis eps. cf., Petrus, Mondoniensis eps. cf., Rudericus Naiaren-  
 sis eps. cf., Rex Sancius filius Imperatoris confirmat, Comes  
 Gonzalvus Fernandiz cf., Nunus Petriz tenens Montor cf., Comes  
 Almanrricus tenens Baeciem cf., Comes Rudericus Petriz, Galle-  
 cie cf., Comes Poncius Maiordomus Imperatoris cf., Veremunduz  
 Petris Gallecie cf., Guter Fernandiz conf., Alvarus Ruderiz cf.,  
 Alvarus Petriz cf., Pelagius Corvus cf., Gonzalvus de Maranon  
 Alferiz Imperatoris cf., Gonzalvus Ruderiz cf., Adrianus nota-  
 rius Imperatoris per manum Johanis Fernandi Imperatoris Can-  
 cellarii et Ecclesie Beati Jacobi Archidiaconus. Rex Fernan-  
 dus, filius Imperatoris confirmat.

Año 1156

Martín Fernández vende a su hermano Gonzalo la mitad de su solar y la mitad del desván viejo.

A.H.V. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 13.

Ego Martinus Fernandez placuit mihi bono animo et vendo tibi Gundisalvo Fernandezfratri meo la quintam partem solaris et la media mafechura del sobrado vetus et una terra ista, la de dona Juliana et exit usque sumum solarem alia pars ad la-roio et la quinta de la serna que es ultra rivum et quinta parte del orto qui est iustal molino et la quinta pars del orto sol]os olmos por unum rocino roan (pelo blanco, gris y bayo). Facta carta sub era MaCaLXXXVIII. Regnante Imperato-re in Baeza, et in Toleto et omni Castela. Comite de Mabrie,

Baeza, et Atinza, Comite Ferrandez, tenente Castro de Amaya.  
 Gunzalvo Maranon alfieraz Imperatoris Maiordomus, Comde de  
 Ponz et Merino del Imperatore, Petro esistente Episcopo in  
 Burgis } Testes qui ibi fuerunt et audierunt: Johanes Gutie-  
 rrez de Tovar, Martín Martínez, testis, Martínus, Garciez de  
 Espinosa testis, Marinus Diaz testis, Johanes Milanes testis.

24

Año 1165, Febrero

Alfonso VIII de Castilla concede un Privilegio rodado al Abad y Monasterio de Sta. M<sup>a</sup> La Real de Aguilar de Campoó dándole la Iglesia de San Cipriano de Río Fresno con otras muchas posesiones.

A.H.N. Carp. N<sup>o</sup> 1647 N<sup>o</sup> 14.

Manuel Assas "Monasterio de Aguilar" en "Museo Español de Antigüedades" p. 604, Madrid 1872.

(Crisma) In Christi nomine. Quanto divitiis et possessionibus abundantius quisquam videtur affluere, tanto largius de his que possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum remissione debet impendere, iuxta illud Apostoli: «facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei». Ea propter ego Aldefonsus rex in Castella et in Strematura et in Toleto, do Deo et Beato Augustino et tibi domino Michaeli Abbati et omnibus successoribus tuis, regulam Sancti Augustini tenentibus, pro animabus parentum meorum, et peccatorum meorum remissione: do, inquam, ecclesiam sancti Cipriani de Riofresno cum omni hereditate sua, cum pascuis et iusticiis et pertinentiis suis, cum pratis et fontibus et planis: et insuper do el pratum de Vallecavato. Et hoc meum donum sit firmum, ex hoc nunc et usque in seculum. Siquis vero aliquis homo, ex meo genere vel alieno, hoc meum donum rumpere tentaverit, sit maledictus et excommunicatus a Deo, et cum Juda traditore in infer-

no damnatus; et insuper regie parti pectet mille morabetinos.

Facta carta II nonas Februarii, Era MCCIII. Ego Aldefonsus Dei gratia rex in Castella et in Strematura et in Toleto, hanc cartam quam fieri iussi, propria mea manu confirmo et roboro, et signum proprium impono, Sigillus Aldefonsi. Joannes, Toletanus Archiepiscopus, Petrus, Burgensis Episcopus, Raymundus, Palentinus Episcopus, confirmaverunt. Guillelmus secobiensis episcopus, confirmat. Joannes, Oxomiensis episcopus confirmat. Comes Nunius audivit et confirmavit. Alvaro Petriz confirmavit, Gomez Gonzalvis confirmavit. Fernando Roiz, confirmavit, Didago Munios, confirmavit. Gutier Fernandez confirmavit.

Año 1167

Alfonso VIII da al monasterio de Santa María de Aguilar y a su abbad, Villanueva de Fresnos.

A. A.H.N. Carp. 1647 N<sup>o</sup> 15

B. id Becerro de Aguilar fol. 13 v.

Cit. Serrano: "Obispado de Burgos II p. 76. Agurleta, Vida, apend. n<sup>o</sup> 118, pág. 49. Algunos confirmantes como el arzobispo de Toledo y Gutierre Fernández pertenecen a años anteriores. Cf. priv. de feb. 1165, el signo tampoco es de Alfonso VIII.

C. Julio González en: "Reino de Castilla en la época de Alfonso VIII pág. 172 Madrid 1960.

(Christus, alfa y omega) In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Quoniam principum <sup>et</sup> regum est viros religiosos honorare et eorum petitiones exaudire, loca etiam que actio pia instituit ditare, possessionibus ampliare, quoniam etiam facta eorumdem regis scripto in perpetuum valituro firmari debent atque muniri, ne tempore procedente improbitate sive ausu temerario cuiusquam possint violari. Eapropter ego Aldefonsus, rex in Castella et in Strematura et in Toleto, do Deo et beate Marie et beato Au-

gustino, et tibi domno Michaeli abbati, et omnibus successoribus tuis, facio cartam donationis de Villanova de Río Frexenos, cum omni heredite sua, cum suis terminis, cum pascuis et montibus, cum rivis et molendinis, cum egressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus. Do etiam vobis atque concedo firmiter iure meo regio, ut habeatis inde, potestatem vendendi, donandi vel quidlibet faciendi. Et hoc factum meum firmum et inconcussum.

Siquis infringere temptaverit, in primis iram Dei incurrat et cum Juda, proditore Domini, in inferno inferiori luceat; et insuper regi, centum libras auri persolvat.

Facta carta era MCCV. Regnante Aldefonso rege Castella, Strematura et Toleto. Ego Aldefonsus rex hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo.

(Signo real no rodado) signum regis.

Comes Nunnus conf., Alvarus Petriz conf., Comes Gonzalvez conf., Gutier Fernandiz conf., Comes Lupus conf., Sanctius Diaz conf., Gundissalvo Rodrizc., Alvaruz Rodriz conf., Johannes, Toletanus archiepiscopus, conf., Raimundus episcopus Palentinus, conf., Guilelmus, Secobiensis episcopus, conf., Petrus, Burgen-sis episcopus, conf., Johannes Oxomensis episcopus, confirmat.

Año 1168

El Rey Alfonso VIII de Castilla da a Santa María la Real de Aguilar de Campoó y a su Abad la villa de Terradillos.

A. Colegiata de Aguilar de Campoó, copia.

B. A.H.N. Becerro de Aguilar, fol 32 Falsificado con la forma de 6 ag. 1164, 4 feb. 1165 y 1167.

Historia del Reinado de Alfonso VIII por Julio González pág 190. Madrid 1956

Pub. F. Sota, Principes, escr. 39 pág. 670 y pág. 586.

P. Luciano Serrano. Obispado de Burgos III, nº 141.

(Christus) In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Quanto diviciis et possessionibus habundancius quisquam videtur affluere, tanto largius de his que possidet Deo et veris Dei cultoribus, pro salute anime sue et peccatorum remissione, debet impendere, iuxta illud Apostoli: "facite bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei". Ea propter ego Aldefonsus rex in Castella et in Stremadura et in Toletto, facio cartam donationis de Terradillos, que est in Orzegion el Valcarcel, cum omni hereditate sua, cum suis terminis, cum pascuis et cum montibus et fontibus et rivis, cum egressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus. Do etiam atque confirmo Deo et beate Marie, et beato Augustino, et tibi Michaeli abbati et omnibus successoribus tuis, iure meo regio, et facio scriptum in perpetuum valiturum, ] Et hoc meum donum sit firmum et inconcussum. Si quis infringere temptaverit, in primis iram Dei incurrat et cum Juda, proditore Domini, in inferno inferiori lugeat, et insuper regi centum libras auri persolvat.

Facta carta era <sup>a</sup>MCCVI. Regnante Aldefonso rege Castella, Stremadura et Toletto. Ego Aldefonsus rex hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu mea roboro atque confirmo. Gomez Gonzalez conf. Comes Nunnusc, Comes Alvarus conf., Comes Lupus conf., Sancius Díaz conf., Gonzalvo Rudriz conf., Alvaro Rudriz conf., Petrus Rudriz conf., Gomez Garciaz conf., Petrus Fernandez conf., Gonzalvo Ferrandez c., Celebrunus, archiepiscopus, conf., Raimundus Palentinus episcopus conf. Petrus, Burgensis episcopus conf., Guillelmus., Secobiensis episcopus, conf., Rodericus, Calaforrensis episcopus, confirmo., Sancius, Abulensis episcopus, conf., Sancius, de Rotorte abbas conf., Goterrius, abbas Sancti Facundi conf., Dominicus, abbas Sancte Marie de Monte sacri, conf., Joannes, abbas Sancti Petri de Cardenia conf.,

Johannes abbas Sancti Pelagii, conf., Rodericus abbas Sancti  
Christofori conf.  $\int$  Ego Bernaldus notarius scripsi hanc cartam.

27

Año 1169.

Los Condes Alvaro y Nuño con Gonzalo Ossorio y Sancha Ossorio, con otros parientes suyos dan propiedades suyas al Monasterio de Aguilar de Campoó.

Manuel de Assas: Monasterio de Aguilar en "Museo Español de Antigüedades" p. 606.

In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quanto divitiis et possessionibus abundantius quisquam videtur affluere, tanto largius de his que ~~est~~ possidet, Deo et veris Deis cultoribus pro salute anime sue et peccatorum remissione debet impendere, iuxta illud Apostoli: «facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei» Ea propter nos, scilicet, comes Alvarus et comes Nunius cum omnibus parentibus nostris, et Gonzalvus Ossorii et Sancia Ossorii cum omnibus parentibus nostris, Garcias Ordonii, Petrus Fernandi de Rodelga, cum omnibus parentibus nostris, Petrus Fernandi et Gonzalvus Fernandi et domna Maria Fernandi et Gonzalvus Roderici cum omnibus parentibus nostris, facimus cartam donationis de Sancta Maria de Aguilar cum omni hereditate sua cum montibus et fontibus et decaniis et molendinis et ingressibus et regressibus et cum omnibus ibidem pertinentibus Deo et beate Marie et tibi Michaeli abbati totisque successoribus tuis regulam Sancti Augustini tenentibus. Damus etiam atque roboramus pro animabus nostris et omnium parentum nostrorum, ut fiat abbatia in perpetuum. Si autem aliquis ex generibus nostris, pauperte vel infirmitate degravati, portionis vestrae opus habuerint, quasi unus de

fratribus vestris in eadem domo eam recipiant. Et facimus scriptum in perpetuum valiturum, Et hoc nostrum donum sit firmum et inconcussum. Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat; sit etiam maledictus, et excommunicatus, et cum Juda proditore damnatus: et insuper centum libras auri per solvat. } Facta carta. Era MCCVII. Regnante Alfonso rege in Castella et in Strematura, et in Tolleteo. Comes Alvarus c. Comes Nunius confirmat, Comes Lupus c., Gomez Gonzalvus confirmat, Sancius Diaz conf., Gonzalvo Roderici confirmat, Alvarus Ruderici confirmat, Petrus Fernandi conf., Petrus Roderici conf., García Ruderici, conf., Gomes Garcii conf., Celebrunus toletanus archiepiscopus conf., Petrus burgensis episcopus conf., Raymundus palentinus episcopus conf., Guillel<sup>l</sup>mus secobiensis episcopus conf., Rodericus calaforrensis episcopus, conf., Sancius Abulensis episcopus conf., Goterrius abbas Sancti Facundi, confirmat, Sancius abbas Retorta conf., Dominicus abbas de Monte Sacro, conf., Johannes abbas Sancti Pelagii conf., Rodericus abbas Sancti Cristofori conf.

Año 1169 en Sahagún. Carp. 1647 N<sup>o</sup> 18

Alfonso<sup>viii</sup> confirma al Monasterio de Aguilar en las propiedades que el Convento posee y le concede además Terradillos.

A.H.N. Carp. 1647 N<sup>o</sup> 18

Manuel Assas: Museo Español de Antigüedades; Monasterio de Aguilar pág. 605.

(Christus, alfa omega) In nomine Sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una deitate colitur et adoratur. Quanto divitiis et possessionibus abundantius quisque videtur affluere, tanto largius de his que possidet Deo et veris

Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum remissione debet impendere, iuxta ilud Apostoli: «facite bonum ad omnes, maxime ad domesticos fidei». Ea propter ego Aldefonsus rex Castelle et Tolleti facio cartam donationis de Sancta Maria de Aguilar, de parte que mihi congruit, cum omni hereditate sua, cum montibus et fontibus et decaniis et molendinis, et ingressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus, Deo et beate Marie et tibi Michaeli abbati totisque successoribus tuis, regulam Sancti Augustini tenentibus. Do etiam atque roboro et concedo, consilio coheredum illius Monasterii, videlicet domne Sancie comitisse, et consilio pie memorie Roderici monachi fratris comitis Munii, et consilio comitum Nunii Albari, Almanrici, et consilio pie memorie abbatis Sanci de Retorta, et aliorum abbatum et fratrum eiusdem ordinis, ut abbatia, que est in monasterio Sancti Augustini, transfereatur et promoveatur ad monasterium Sancte Marie de Aguilar et fiat ibi abbatia: quia in loco illo sufficientiam victus habere non possunt causa penurie et paupertatis. Heredes vero omnes monasterii Sancte Marie de Aguilar dederunt et concesserunt mihi regi Alfonso quiquid illis iure hereditario in illud monasterium pertinebat, et ego suscipio illud in protectione Dei et mea. Do et concedo ipsum monasterium Sancti Augustini cum omnibus collaciis et omnibus rebus ibidem pertinentibus. Do etiam monasterium Sancte Marie Vallis Egunie, et hereditates eius cum omnibus sibi pertinentibus. Do insuper Terradielos, qui est inter Ordejon et Valcarcel, cum omnibus sibi pertinentibus. Do etiam hereditatem de Villanova de Riofresno et ecclesiam Sancti Cipriani de la Nava cum omnibus ibidem pertinentibus. Do etiam domum Sancte Marie de Fontelencina cum omnibus pertinentiis suis; et do et concedo omnes hereditates quas in termino de Castroxeriz iuste acquirere potueritis, sive emendo sive arrumpendo vel cambiando. Hec omnia supradicta, ego Rex do Deo et Beate Marie et tibi iam dicto abbati Michaeli et omnibus successoribus tuis regulam sancti Augustini tenentibus; et mando et concedo ut omnes supradictę hereditates sint grangie Sancte Marie de

Aguilar in perpetuum: et hoc facio pro remedio anime mee et parentum meorum et omnium illorum qui huius boni operis coadiutores fiunt, et ut omnes ibi religiose viventes victu et vestitu ad plenum fruuntur et Dei pauperes sustententur, et benedicatur et laudetur Deus in secula seculorum amen. Et facio scriptum in perpetuum valiturum, Et hoc, meum donum sit firmum et inconcusum, Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat; sit etiam maledictus et cum Juda proditore damnatus; et insuper centum libras auri persolvat. Facta carta in Sancto Facundo. Era MCCVII. Regnante rege Alfonso in Castella et Strematura et Tolleto. Celebrunus toletani archiepiscopus, et Hispaniarum primas, confirmat.

29

Año 1169

Alfonso VIII de Castilla da el Monasterio de Santa María de Aguilar.

A. A.H.N. Carp. 1647 N<sup>o</sup> 17

B. id R-13 copia del XII

D. id R-14 copia del XVIII

Pub. Sota. Príncipes escr. 41 p. 672 sin conf.

Manuel Assas "Monasterio o abadía de Aguilar de Campoó, Museo Esp. Antigüedades" I p. 605. Cit. Sota p. 587; cédula de Abella.

Julio González en El Reino de Castilla en la época de Alfonso VIII p. 216. Madrid 1960

(Christus, alfa y omega) In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Quanto divitiis et possessionibus habundantius quisquam videtur affluere, tanto largius de hisque possidet Deo et veris Dei cultoribus, pro salute anime sue et peccatorum remissione

debet impendere, iuxta illud Apostoli: "facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei". Eapropter ego Alfonso, rex Castelle et Toleti, facio cartam donationis de Santa Maria de Aguilar, de parte que mihi congruit, cum omni hereditate sua, cum montibus et fontibus et decaniis, et molendinis et ingressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus, Deo et beate Marie et tibi Michaeli abbati, totisque successoribus tuis regulam sancti Augustini tenentibus. Do etiam atque roboro et concedo consilio coherendum illius monasterii, videlicet, domne Sancie comitisse, et consilio pie memorie Roderici monachi, fratris comitis Nunii, et consilio comitum Nunii, Alvari, Almanrici, et consilio pie memorie, abbatis Sancii de Retorta, et aliorum abbatum et fratrum eiusdem ordinis, ut abbatia que est in monasterio Sancti Augustini cum omnibus collaciis et omnibus rebus ibidem pertinentibus. Do etiam monasterium Sancte Marie Vallis Egunie et hereditates eius, cum omnibus ibidem pertinentibus. Do etiam domum Sancte Marie de Fonte Ezina, cum omnibus pertinentenciis. Et do et concedo omnes hereditates quas in termino de Castroxoriz iuste acquirere potueritis, sive emendo, sive arrumpendo vel cambiando. Hec omnia supradicta ego rex Alfonso do Deo et beate Marie, et tibi, iam dicto Michaeli abbati, et omnibus successoribus tuis regulam Sancti Augustini tenentibus, et mando et concedo ut omnes supradicta hereditates sint grangie Sancte Marie de Aguilar in perpetuum. Et hoc facio pro remedio anime mee et parentum meorum, et omnium illorum qui huius boni operis coadiutores fuerint, et ut omnes ibi religiose viventes victu et vestitu ad plenum fruantur et Dei pauperes sustentur, et benedicatur et laudetur Deus in secula seculorum, amen. Et facio scriptum in perpetuum validum. Et hoc meum donum sit firmum et inconcussum.

Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, sit etiam maledictus et cum Juda, proditore, dapnatus, et insuper centum libras auri persolvat.

Facta carta in Sancto Facundo, era MCCVII Regnanſte rege Aldefonſo in Caſtella et Stremadura et Toletu. (ſigno rodado) ſignum Aldefonſi Regis Caſtelle (en ſemicírculo). Petrus Gar- ciez, maiordomus curie regis conf., Rodericus Gonzalvez, al- feriz regis, conf., Celebrunus, Toletane ſedis archiepiſcopus et Yſpaniarum primas, conf., Petrus, Burgenſis epiſcopus, conf., Raimundus, Palentinus epiſcopus conf., Guillelmus, Segobiensis epiſcopus, conf., Rodericus, Calaforenſis epiſcopus, conf., San- cius, Abulenſis epiſcopus, conf., Goterrius, abbas Sancti Fa- cundi, conf., Sancius, abbas de Retorta, conf., Dominicus abbas de Montesacro, conf., Johannes, abbas de Sancto Pelagio, conf., Rodericus, abbas Sancti Chriſtofori, conf., Comes Alvarius, conf., Comes Nunius conf., Comes Lupus conf. Comes Gonzalvez conf., Sancius Diaz conf., Gonzalvus Roderici conf., Alvarus Ro- derici, conf., Petrus Fernandi conf., Gonzalvus Fernandi conf., Petrus Roderici conf., Garcia Roderici conf., Gomez Garciaz conf.

Raymundus, cancellarius regis, ſcripſit.

Año 1169

Alfonso VIII da el monasterio de Aguilar de Campoó a la regla de San Agustín.

A. A.H.N. Carpeta 1647 N<sup>o</sup> 20.

B. A.H.N. Aguilar de Campoo R-10 cop. del XII

C. id Becerro de Aguilar fol 15 v. cop.

Cit: Salazar, Casa de Lara III, 10.

Falsificado. Es parte del anterior: algunas fórmulas son como las del doc. de 4 feb. 1165. Cop. Julio González en "El Reino de Castilla en la época de Alfonso VIII p. 219.

(Christus, alfa y omega). In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in una Deitate colitur et adoratur. Quanto divitiis et possessionibus habundantius quisquam videtur affluere, tanto largius de his que possidet Deo et veris Dei cultoribus pro salute anime sue et peccatorum remissione debet impendere, iuxta illud Apostoli; "Facite bonum ad omnes, maxime autem ad domesticos fidei". Eapropter ego Aldefonsus rex, facio cartam donationis de Sancta Maria de Aguilar de parte que mihi congruit, cum omni hereditate sua, cum montibus et fontibus et deganiis, et molendinis et ingressibus et regressibus, et cum omnibus ibidem pertinentibus Deo et beate Marie, et tibi Michali abbati, totisque successoribus tuis regulam Sancti Augustini tenentibus. Do etiam atque roboro pro anima mea et parentum meorum, ut fiat abbatia in perpetuum, et facio scriptum in perpetuum valiturum. Et hoc meum donum sit firmum et inconcussum.

Si quis infringere voluerit, in primis iram Dei incurrat, sit etiam maledictus et excommunicatus, et cum Juda proditore damnatus, et in super centum libras auri persolvat.

Facta carta era MCCVII Regnante Aldefonso rege in Castellia et Stremadura et Toletu.

(signo real anormal) sigillum regis.

Comes Alvarus conf., Comes Nunius conf., Comes Lupus conf. Gomez Gonzalvez conf., Sancius Diaz conf., Gonzalvus Roderici conf., Alvarus Roderici conf. Petrus Fernandi conf., Gonzalvus Fernandi conf., Petrus Roderici conf., Garcia Roderici conf., Gomez Garcii conf., Cerebrunus, Toletanus archiepiscopus conf., Petrus Burgensis episcopus, conf., Guillelmus Segobiensis episcopus conf., Rodericus Calaforensis episcopus conf., Sanctius, Abulensis episcopus conf., Raimundus, Palentinus episcopus, conf., Goterrius, abbas Sancti Facundi, conf., Sancius, abbas de Retorta, conf., Dominicus, abbas de Montesacro, conf., Johannes abbas de Sancto Pelagio, conf., Rodericus abbas Sancti Christofori, conf., Johannes, abbas Sancti Pelagii, conf.

Año 1173 Agosto-Sahagún

Guterrio Petríz de Rinoso con su hijo Guterrio Guterrez vende la mitad de la Villa de Valbonilla con sus tierras, viñas praderas y huertas al Abad Andrés de Santa María de Aguilar y al Convento citado.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 1

(Crismón). Sub Xristi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti, Amen. Ego Guterrius Petri de Rino so cum filio meo Guterrius Guterreç spontanea voluntate vendi vi vobis Andree Abbati Sancte Marie de Aguilar et omni Conven tui eiusdem Monasterii medietatem Ville, que dicitur Val Boni- lla solares, terras, vineas, prata, ortos, molendinos, introitus et exitus cum omnibus pertinentiis suis et cum iure suo ut ematis et arrumpatis in terminis de ipsa iam dicta Valbonilla et in terminis de Castroxoriz, sicut ius est illius Ville sine contradictione. Hec omnia supradicta vendimus vobis iam dictis Abbati et Conventui pro uno cavallo et pro ducentis ovibus cum filiis suis et pro decem vaccis que dedistis nobis in pre- tio ut habeatis et possideatis iam dictam hereditatem cum iure suo firmiter et irrevocabiliter possidendam in perpetuum. Si quis vero ex nostro genere vel de alieno hoc nostrum fac- tum disrumpere vel retemptare presumpserit, in primis incurrat in ira Dei et sit maledictus a Deo et cum Juda in inferno dam- netur, et pectet in coto Regi terre mille morabetinos et cui damnum intulerit talem hereditatem duplatam in tali loco. ] Fac- ta carta in mense Augusto Era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XI<sup>a</sup>. Regnante rege Alfonso cum uxore sua Alienore in Toleto et in Castella.

Huius rei testes confirmant: Celebrunus Archiepiscopus To- letanus conf., Petrus Burgensis episcopus conf., Raimundus Palen- tinus eps. cf., Rudericus Calagurrensis eps cf., Comes Nunnus confirmat., Comes Fredinandus filius eius cf., Comes Gomeç conf., Comes Poncius conf., Gundisalvus Marannon Alferiç, conf., Petrus

Garcieç, maiordumus conf. Luppus Diaç de Fitero Maior conf., Petrus Diaç conf., Don Salrlovin de Castro conf., Dominicus Sarranus conf., Fernandus Fernandi conf., Petrus Didaci cf., Monnio Diaç cf., Dominicus Garcieç cf., Domnus Clementis cf., Domnus Nicholaus cf., Johanes Criado cf., Dalcobiella; Peidro Ruvio Merino de Comite, don Nunno testis, Martín Baeça testis, Johan Ruvio testis, De Sancto Cipriano: Petrus Sadorninez testis, Ciprianus Abbas testis, Petrus Martini, Merinus; De Ba lleijera testis; Martinus Dominici testis, Dominicus Cavallero. Munno Dominguez ts. } Petrus scripsit.  
(Signum regis).

32

Año 1173 Agosto-Sahagún

Parece una copia extrátada del N<sup>o</sup> 26 que es el N<sup>o</sup> 1 de la Carpeta 1648 del A.H.N., que la encontré en el m.s. de la Biblioteca Nacional 9194 f. 162 y 163.

Era 1211 (año 1173) Alfonso VIII Carp. 1648 N<sup>o</sup> 1.

Sub Christi nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Ego Guterri Petri de Rinoso cum filio meo Guterrius Guterrez spontanea voluntate vendimus vobis Donpno Andree Abbati Sancte Marie de Aguilar et omni conbentui eiusdem Monasterii medietatem Ville que dicitur Valvoniella; solares, terras, vineas, prata, ortos, molendinos, introitus et exitus, cum omnibus pertinenciis suis et cum iure suo ematis et arrumpatis, in terminis de ipsa iam dicta Valvoniella et in terminis de Castro Xeriz, sicut <sup>est</sup> ius illius villae, sine aliqua contradictione haec omnia supradicta vendimus vobis iam dictis Abati et Combentui, pro uno cavallo et pro CC obibus cum filiis suis et pro X vaccis quae dedistis nobis in precio ut habeatis et posideatis iam dictam hereditatem

cum iure suo firmiter et irrevocabiliter possidendum in perpetuum. Si quis vero... } Facta carta in mense Augusto sub Era MCCXI Regnante Adefonso cum uxore sua Alionor in Toletu, et in Castella. Huius rei testes sunt Celebrunus Archiepiscopus Toletanus Petrus Burgensis Eps., Petrus Burgensis Eps., Raimundus Palentinus Eps., Comes Munius conf., Comes Gomez conf., Comes Poncius conf., Ferdinandus conf., Dominicus Sarracinus conf., don Falaloin de Castro cf., Fernandus Fernandez cf., Petrus Didaci cf., Ioanis Diaz cf., Dominicus Garciaz cf., Dominus Clementis Dominus Nicholaus cf., Ioanes Criado cf., Gundisalvus Maranon Alferiz conf., Petrus Garsie Maiordomus conf., Lupus Diaz Fitero Maiorinus, Dalcoviella: Petrus Ruvio, Merino de Comite Don Munio ts., Martin Baeza ts., Juan Ruvio ts., Petrus Sadorniz ts., De Sancto Cipriano, Ciprianus Abbas ts., Martinus Dominici ts., Munio Dominguez ts., Dominicus Cavallero ts., Petrus Martini, Merinus<sup>De</sup> Valejera ts., Petrus scripsit.

33

1173  
Año 1174 -XV<sup>o</sup> del Pontificado del Papa Alejandro XIII.

Carta Pastoral dirigida por el Cardenal Diácono Jacinto al Abad Andrés de Santa María de Aguilar y a todos los Frailes del citado Monasterio poniendo a dicho monasterio y a todos los bienes tanto eclesiásticos como temporales, bajo la protección de la Santa Sede.

A.H.N. Carpeta N<sup>o</sup> 1648. N<sup>o</sup> 2.

Jacintus, Dei gratia, Sancte Romane Ecclesie diaconus Cardinalis, Apostolice Sedis legatus, dilectis in Xristo filiis Andree Abbati Sancte Marie de Aguilar eiusque fratribus tam presentibus quam futuris regulariter subsistentibus in perpetuum. Officii nobis commissi debitum nos admonet ut iusta poscentibus aurem benevolam accomodemus, quatenus et petentes remedia separata reperiant, et desideria ad Religionem pertinentia per sus

ceptam Romane Ecclesie gratiam utili prosequente effectu impleantur. Inde est quod Religionem vestram, quæ sub Regula Beate Augustini Deo gratam servitatem exhibere dinoscitur debita benignitate amplectimur, et sicut postulatus prefactam Ecclesiam Beate Marie sub Beatorum Apostolorum Petri et Pauli et Nostra protectione suscipimus, et presentis scripti privilegio communimus. Statuentes ut quascumque possessiones, quæcumque bona tam ecclesiastica quam mundana in presentiarum iuste et canonice possidet aut in futurum concessione pontificum, largitione principum, oblatione fidelium seu aliis iustis modis, largiente Domino, poterit adipisci, firma vobis vestrisque successoribus et per vos iam dicte Ecclesie et illibata permaneant. In quibus hoc proprius duximus exprimenda vocabulis videlicet: Ecclesia Sancti Cipriani cum omnibus possessionibus suis et quidquid habetis in Conforcos et in Rodelga, in Sancta Eugenia, in Gamonar, in Zalima et in Zenera, et in Matamorisca, in Sancta Maria Subterranea, in Valle Berezoso atque in Menazola et in Caorbios et in Sancta Juliana de Valle Bonel. Decernimus ergo ut Ordo Beati Augustini sicut a vobis ibidem nunc observatur, ita perpetuis temporibus a vestris successoribus observetur. Atque omnia vestra sustentationibus religiosorum, peregrinorum et pauperum debent cedere ac per hoc nullatenus aliis usibus, ea convenit applicari. Constituimus ut de laboribus quos propriis manibus vel vestris sumptibus excolitis, sive de nutrimentis vestrorum auxiliarum nullus omnino clericus vel laicus a vobis decimas exigere presumat. Sepulturam quoque loci illius liberam Ecclesie decernimus salva canonica iusticia illarum Ecclesiarum de quarum Parrochia mortuorum corpora sumuntur. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abate, nullus ibi qualibet surreptionis astucia seu violentia imponatur, sed quem fratres secundum Deum elegerint. Nulli quæ omnino hominum liceat quantum <sup>ad</sup> hanc nostre confirmationis paginam vos temere perturbare aut possessiones vestras auferre vel ablata retinere, minuere seu quibuslibet molestiis fatigare, sed omnia integra conserventur vestris usibus vestrorumque successorum pro futura, salva Sedis Apostolice aucto-

ritate. Si <sup>vero</sup> ~~vero~~ ~~que~~ in posterum ecclesiastica secularisve persona hanc nostre constitutionis paginam sciens ~~contra~~ <sup>contra</sup> eam venire temptaverit, secundo (tecciove) conmonita in reatum suum congrua satisfactione correpsit potestatis honorisque sui dignitate careat reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Santissimo Corpore et Sanguine Dei et Domini Redemptoris Nostri Jesu Xristi aliena fiat atque in extremo examine districte vel ulcioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco bene facientibus et sua iura servantibus sit pax Domini Nostri Jhesu Xristi. Quatenus et hic fructum boni actionis percipiant, et apud districtum iudicem premia eterne pacis inveniant. Amen, Amen, Amen.

+ Ego Jacintus diaconus cardenalis Sancte Marie in Cosmidyn.

Datum apud Sanctum Facundum per manum Johannis Georgii Sancte Romane Ecclessie Subdiaconus, XIII kalendas Novembris, Indictione VI Incarnationis Dominice. Anno Dominice Incarnationis. M<sup>a</sup>C<sup>a</sup>LXXIII; Pontificatus vero Domini Alexandri Pape III Anno XV.

34

Hacia el año <sup>1174</sup> 1162

Va medida en la Carp. 1648

Bula del Cardenal Jacinto persuadiendo a los Canónigos Regulares de San Agustín, primeros habitantes del Monasterio, a que dejasen en paz y concordia a los nuevos monjes premonstratenses que también tenían la Regla de San Agustín y que los Premonstratenses dejaran a los seculares la Iglesia de San Cipriano y otras propiedades.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 3.

Manuel Assas. Monasterio de Aguilar en Museo Español de Antigüedades pág. 604.

Jacintus, Dei gratia Sancte Romane Ecclesie, Diaconus Cardinalis, Apostolicae sedis legatus, dilectis in Christo filiis Andree abbati et universis Canonicis Sancte Marie de Aguilar Premonstratensis ordinis salutem in Domino. Sacrosanctae Romanae Ecclesiae consuetudo existit, ne forte propter hominum mutabilitatem; quae firma stabilitate aliqua valeant temerari. Cum autem inter vos et Andream quondam Abbatem secularem de Aguilar cum aliis Clericis secularibus, quae cum eo erant, coram nobis quaestio verteretur super Ecclesia Sancte Marie de Aguilar, proposuerunt contra vos, laicali potentia se inde fuisse eiectos, et vos eadem, in eandem Ecclesiam intromissos; vos autem respondistis, vos non violenter intrasse; sed Burgensis Episcopi autoritate, ad cuius iurisdictionem praefata ecclesia pertinet, eandem ecclesiam possidere. Quod liquido monstrabatur, quia idem Episcopus te Andream Abbatem ad titulum illius Ecclesie in Abbatem benedixit. Quod et postea in presentia nostra confirmavit.

Vobis namque in hunc modum alternantibus, nos malentes causam istam concordia quam iudicio terminari, licet vos essetis parati sententiam nostram suscipere, partes nostras interposuimus, et tam per nos quam per venerabiles fratres nostros. P. Burgensem, et M. Sancte Marie Episcopos, et plures Abbates, aliosque prudentes viros, qui nobis assidebant, vos ad concordiam studuimus revocare, cuius tenor talis est.

Promisistis siquidem coram nobis quod praefato Andree, quondam Abbati secularium, daretis pro bono pacis Ecclesiam Sancti Cipriani, duo iuga bovum cum omni apparatu, triginta oves et viginti capras, quinque porcos, et tres vacas, et duo decim modios tritici. Et quando ad Ecclesiam vestram veniret, fraterna charitate cum tribus sociis et tribus equitaturis reciperetis, etiam si septies veniret in anno. Et ipse debebat omnia praedicta, tamquam bonus pater familias custodire et de fructibus eorum vivere, et domum vestram et ordinem diligere et pro posse honorari; ita tamen quod supra nominata omnia, post eius obitum Ecclesie vestrae ex integro remane-

rent; Quam compositionem praefatus Andreas recipiens data fide in manu nostra, sicut supradictum est, eam se observaturum promisit. Praeterea quinque sociis eius, videlicet Joanni Martini, Petro Pelagii, Petro Stephano, Dominico Petri, et Roderico Roderici, qui praestimonia in eadem Ecclesia habuerant, promisistis pro compositione, quod, quamdiu viverent, daretis cuilibet sex modios tritici, duos tocinos singulis annis. Insuper daretis eis decimam vini et totius annonae et animalium, exceptis gallinis et ovis, praefatae Ecclesiae de Aguilar, et de quinta mortuorum, decimam; de caseo et butiro et de lacte, decimam; de oleribus ad sufficientiam. Quam compositionem duo illorum, scilicet Joannes Martini et Petrus Pelagii receperunt, tam pro se quam pro aliis tribus, quia ut asserebant coram nobis et illis praesentibus nec contradicentibus ab eis promissionem acceperant, quod quidquid pro se et illis facerent, illi ratum et firmum haberent. Quos circa de venerabilium consilio patrum Episcoporum et Abbatum, et aliorum prudentium qui nobiscum erant procedentes, vobis mandavimus ut quae praedicta sunt illis daretis, ultraque de Ecclesia de Aguilar et eius possessionibus eis de caetero non respondeatis; sed in ea, secundum Beati Augustini regulam et Praemonstratensium tenorem viventes, Deo gratam fraternitatem exhibeatis: eamque cum omnibus suis pertinentiis vobis vindicantes deinceps cum omni pace et quiete possideatis. Ego Jacintus Diaconus Cardenalis Sancte Marie in Cosmendis, Dei et Apostolicae sedis legatus.

Año 1174 - Mayo.- San Esteban de Gormaz

Privilegio Real de Alfonso <sup>VIII</sup> por el que concede tierras y propiedades a la Señorita Moalt con motivo de su casamiento con de recho de trasmitirlo a sus hijos y nietos.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 4

In nomine Domini Amen. Notum ac manifestum esse volo tam presentibus quam futuris quod ego Aldefonsus Dei gratia hispanorum Rex, una cum uxore mea Alienore Regina, dono et concedo spontanea voluntate vobis domiselle Mohalt in casamento cum ruvio de tocino cum omni honore suo atque portatico cum montibus et fontibus cum rivis et molendinis cum aquis et pascuis cum ingressibus et egressibus, cum cultis et incultis, omnibusque suis pertinentiis et hoc scilicet quantum meo ego ibi habeo ut vos et filii filieque vestre atque omnis successio vestra habeatis et possideatis iure hereditario in perpetuum. Si quis vero de mea progenie vel de aliena huius mee donationis paginam rumpere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et Jude Domini proditoris, in inferno inferiori consors fiat et insuper Regie parti mille morabetinos in coto persolvat, et vobis hereditatem duplatam. Facta carta in Sancto Stephano de Gormaz et in mense Madii Era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XII Regnante me Rege Aldefonso in Toletto, Castella, Naiara et Extremadura. Et ego Rex Aldefonsus hanc cartam, quam fieri iussi, propria manu roboro et confirmo.

Celebrunus Archiepiscopus Yspaniarum Primas, confirmat.  
 Petrus Burgensis episcopus conf. Reimondus Palentinus eps. conf.  
 Jocelmus Segontinus eps. cf. Rodericus Calagurritanus eps conf.  
 Sanctius Avilensis eps. conf. Gundisalvus Secobiensis eps. conf.

Signum Regis Aldefonsi. Comes Gundisalvus Alferez Curie Regis confirmat; Rodericus Guterrez Merinus Curie Regis confirmat; Petrus Rodirici filius commitis conf., Comes Nunio conf., Comes Petrus conf., Comes Gundisalvus de Borova conf., Comes Ferrandus conf. Gomez Garsie conf., Alvarus Rodirici de Maxella conf., Ordonius Garsie conf., Petrus Garsie conf., Garsias Portales conf., Petrus Guterrez conf., Tello Petrez conf., Suero Pelagii conf., Guterro Pelagii Merino in Castella conf., Raimundo, existente Cancelario. Petrus han cartam exaravit.

Bibliop...

Sub...

sit omnibus...

Año 1174 (copia al parecer de fecha posterior).

Convenio entre el Abad de Santa María de Aguilar y el Concilio de Conforcos para que en caso de tener frailes hijos del pueblo ellos sean los que ocupen el puesto y los Frailes y ningún hombre sea capaz de instalar Capellán que sea de fuera.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 5.

In Dei nomine amen. Notum sit tam presentibus quam futuris quod Concilio de Conforcos et el Abbad de Sancta Maria de Aguilar ovieron reunion en la Eglesia de San Miguel et la Eglesia de Santa Ines una collacio et los fijos de la Eglesia fazen sennas<sup>r</sup>raciones et los Frayres fagan como uno de ellos, Asi si por aventura non oviere un fijo de la Villa, lo canten los Frayres a mas las Eglesias et tomen todo et si los Frayres non pudieran servit las Eglesias et fijos oviere de la Eglesia, sirvan las Eglesias et todo, et sobre esto compliendo los fijos de las Ecclesias et los Frayres et ningun ome non aya poder de meter capellano de fora Isti sunt testes Domingo Andrés, Don Bartolome, don Gomes, Martin Dominici, Martin Pelas, Ferrant Martin, Et Concilio de Conforcos testis. Facta carta sub Era M<sup>a</sup>CCXII.

Año 1174 - Julio.- Belloforamine

Carta Privilegio de Alfonso VIII concediendo al Abad Andres y al Monasterio de Aguilar la Villa de Villanueva y la Iglesia de San Cipriano y sus propiedades al mismo tiempo que confirma un Privilegio anterior del Rey don Sancho de Castilla.

A.H.N. Carpeta 1648

Biblioteca Nacional ms.

Sub Christi nomine sancte et individue Trinitatis, Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris quod Ego Sanctius

Rex facio cartam de illa ecclesia Sancte Marie Magdalene que est ad fonte de Elzina et illum Monasterium cum tota sua hereditate ad istum bonum hominem Simonem propter amorem Dei et animam meam et animas Parentum meorum, et habeat eum in omni vita sua cum isto foro quia potestas ni homo ni Comite ni Merino ni Judici ni Saion non potest esse ausus in illud Monasterium intrare nec ad orationem venire neque de intus necque de foris de ubi terminum est de illud Testamentum nullum malum potestatem non habeant facere, si aliquis homo vel femina venerit fugiendo et in Monasterio intraverit aut in termino suo et aliquis homo illo intraverit, per occidere aut per aliquod malum facere, pectet quingentos solidos, et habeat ira Dei et mea et post mortem suam cui ille dederit ipse et sennior in illud Monasterium Nihil est quod tantum deceat regiam Maies tatem quantum ecclesiam Dei diligere honestos ac religiosos viros amare eosque et sua a pravorum hominum incursibus defendere. Ea propter Ego Adefonsus, Dei gratia Rex Castelle, una cum uxore mea Alionor Regina pro remedio anime nec non et Parentum meorum bono animo et spontanea voluntate, dono et concedo Deo et ecclesie Beate Marie de Aguilar et vobis Domno Andree eiusdem Abati et omnibus sucesoribus vestris illam Villam que dicitur Villanoba et ecclesiam santi Cipriani que continentur inter Riviales et Quintanilla et ex alia parte iacet Sancta Maria de Rezmondo et aliam villam que vocatur Teradellos que est inter Orceion et Balcazer cum omnibus terminis et pertenciis suis. Facta carta in Belloforamine sub Era MCCXII, Mense Julii. Regnante Rege Aldefonso in Castella et in Toletto, hanc cartam mea manu roboro et confirmo.

Celebrunus Toletanus Archiepiscopus et Hispaniarum Primas.  
 Petrus Burgensis Eps. Raimundus Palentinus Eps. Jacelmus, Segontinus Eps..

Rodericus, Calaguritanus Eps..

Abbas

Abbas

Comite

Comite

Año 1175 - 1 de Mayo

Donación de los bienes que posee en Pernia Piedraportu, Berbios San Cipriano hecha por Maior Diaz a Santa Maria de Aguilar y a su hija Urraca y sus descendientes.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 6.

In nomine Sancte et individue trinitatis Patris et filii et Spiritus Sancti Amen. Ego Maior Diaz et filii mei et filie mee omnes pro salute anime nostre et salvatione patris omnium filiorum meorum et parentum nostrorum libere et absque ulla contradictione, bono animo atque spontanea voluntate damus et libere concedimus Deo et beate MARIE et filie mee Urrache et omnium filiorum meorum germane quicquid habemus vel iure habere debemus in tota terra de Pernia scilicet in Petra Portun cum suis pertinentiis et in Berbios et in Sancto Cipriano et in Barganno et in Sancta MARIA et in Ruda et in Rivo larco, ut habeat et possideat et quicquid facere voluerit faciat iure perpetuo Si quis autem hanc cartam donationis de nostris vel de alienis irrumpere voluerit, anathema sit et cum Dathan et Abiron et Chore et Juda Domini proditore patiatur penas in eterna dapnatione, et pectet in coto auri libras quinque et hereditatem duplatam in tali loco restauret. ] Facta carta huius donationis kalendas mai, Era <sup>a</sup>MC<sup>a</sup>CXIII Regnante Rege Aldefonso in Toledo et in Burgos et in tota Castella.

Petrus Petri Burgensis episcopus confirmat,  
 Raimundus sedes Palentinus episcopus c.,  
 Guterrius Gonzalvez Abbas Sancti Facundi c.,  
 Abbas Egidius Sancti Pelagii c.,  
 Abbas Joanes Sancti Salvatoris oniensis c.,  
 Abbas Johanes Sancti Petri de Caradigna c.,  
 Abbas Michael Sancti Petri Aralensis c.,  
 Abbas Rodericus Sancti Michaelis de Villa maiore c.,  
 Comite don Nunno super negotia regni manente c.,  
 Comes Ferrandus senior in Aguilar et in Amaia c.,

Comes Gonzalvo Roiz en Burova c.

Cit. ts. Belit ts.

Comes Gonzalvo de Maranno alpherez regis conf.

Rodericus Guterrez maior domus curie regis c.

Guterrius Pelaez merinus regis c.

Et ego Maior Diaz qui hanc cartam mandavi scribere et coram his testibus firmare: Guterrius Petri de Rinoso ts.

Johanes Dominguez ts. Don Ramundo ts.

Johanes Sacrista ts. Don Domingo et Don Estefano ts. diachonos ts. Concilium de Turre Crema ta ts. (Torquemada) visores et auditores et confirmatores.

Petrus, scriptor Sancti Salvatoris del Moral, iusu Domne Maiore scripsit.

Abbas Rodericus Sancti Xristophori. Abbas Rodericus Sancti Michaelis de Villa maiorec, Rodrigo Petri del Val Salce ts., Alfonsus Guterrez de Quintanella ts. Martin Moresna et Ferran Moro de Cordovilla ts. Don Bernardo de Sancto Andrea ts.

Año 1175 en Belorado

Alfonso VIII da al monasterio de Aguilar de Campoo la iglesia de San Cipriano, Terradillos y Villanueva.

A.- A.H.N. Becerro de Aguilar de Campoo fol 28

C.- Bib. Colombina, 84-7-5, copia

Cit. B N ms. 9194, fol 35, con fecha 1174

Julio González en "El Reino de Castilla en tiempo de Alfonso VIII" págs. 381 y 382.

Nun.

disa.

(Christus) Nihil est quod tantum deceat regiam maiestatem quantum ecclesiam Dei diligere, honestos ac religiosos viros

amare, eosque et sua a pravorum hominum incursibus defensare. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia, rex Castelle, una cum uxore mea Alienore regina, pro remedio anime mee necnon et parentum meorum, bono animo et spontanea voluntate, dono et concedo domino Deo et ecclesie beate Marie de Aguilar, et vobis domno Andree, eiusdem abbati, et omnibus successoribus vestris, illam villam que dicitur Villanova; et ecclesiam Sancti Cipriani, que continetur inter Ruviales et Quintanella, et ex alia parte iacet Sancta Maria de Rezmondo; et aliam villam que vocatur Terradellos, que est inter Orceion et Valcarcel, cum omnibus terminis et pertinentiis suis, scilicet, vineis, pratis, pascuis, aquis, et molendinis, montibus et fontibus, cum omnibus ingressibus et egressibus suis. Dono, inquam, ut habeatis et possideatis vos et omnes successores vestri iure hereditario in perpetuum. Et hoc meum donum sit semper firmum.

Si quis vero de mea proienie vel de extranea hanc meam donationem infringere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus a Deo, et cum Juda traditore in inferno damnatus, et insuper pectet regie parti decem libras auri purissimi, et vobis vel qui vocem vestram habuerit ei duplatam hereditatem in tali vel simili loco restituat.

Facta carta in Belloforamine (Belorado), sub Era MCCXIII, mense Julii. Regnante Rege Aldefonso in Toletto, et in Castella, hanc cartam mea manu roboro et confirmo. Signum Regis Aldefonsi

Celebrunus, Toletanus archiepiscopus et Hispaniarum primas, Raimundus, Palentinus episcopus, conf. Petrus, Burgensis episcopus conf. Jaucelmus. Segontinus episcopus, conf. Gundisalvus, Secobiensis episcopus conf. Sanctius, Avilensis, episcopus, conf. Rodericus, Calagurritanus episcopus, conf. Comes Nunius conf. Comes Petrus conf. Comes Gomez conf. Comes Gundisalvus conf. Comes Ferrandus conf. Comes Gundisalvus alferiz regis, conf. Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis conf. Petrus Roderici, filius comitis conf. Petrus d'Araçori

conf. Petrus Guterrez conf. Petrus Garcie conf. Gomez Garciez  
conf.

Raimundus, cancellarius regis, hoc signum fecit.

40

Año 1175 1<sup>o</sup> de Septiembre

Doña Grima, Ordoño Ordoñez y doña Marina y doña Chemena ven-  
den a Gonzalvo Ferrandiz la heredad en Espinosa de Villagon-  
zalo por 63 maravedis.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 7

Sub Xristi Nomine et individue Trinitatis, Pater, et Fi-  
lius et Spiritus Sanctus. Ego dona Grima et ego Ordoño Ordo-  
nez et ego dona Marina et ego dona Chemena vendemos nostram  
ereditatem que abemus en Espinosa de nostro patre et de nos-  
tra matre a Gunzalvo Fernandez et filiis Roderici Stephani  
por LXVI morabetinos; los XXXIII morabetinos dio Gunzalvo  
Fernandez et los XXXIII morabetinos dieron los filios de Ro-  
dericus Stephani; et nos vendemos y roboramos vobis Gundisal-  
vo Fernandez et filiis Roderici Stephani en mont et en funt  
et en bal et cum vineis et cum molendinis et cum solares et  
cum exitibus et regresibus. } Facta carta sub Era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XIII et  
kalendas Setembrii Regnante Aldefonsus Rex en Toleto et en  
Burgos et Extremadura. Archiepiscopus don Celebrun en Toleto,  
Petrus episcopus en Burgos, El Conde don Nuno, El Conde don Go-  
mez, El Conde don Petro Roi Guterrez Maiordomo Regis, Roi Gun-  
zalvo Alfierrez. Lop Diaz, Merino.

Testes qui ibi fuerunt et audierunt: Roderico Roderici  
t. Fernanduz Roiz testis. Martin Lopez testis, Petro Lopez  
testis et don Dominicus Abbad, testis, Don Gonzalvo el Abbad,

testis, Petrus Cornejo, testis; Johanes testis; Petrus suo fratre, testis, Ferrando, testis, don Johanes el Sarracin, testis; Martin Martinez, testis; don Johanes el Abad, testis. Petrus Franco scripsit.

41

Año 1175, 21 de Septiembre - Palencia

Carta de donación hecha por Alfonso VIII de Castilla al Abad de San Pelayo concediéndole Iglesias, tierras, viñas, praderas etc.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 8.

(Crismón). *Quum* inter cetera pietatis opera comendatur hele mosina, idcirco ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castelle una cum uxore mea Alienor Regina pro animabus parentum meorum dono et concedo Deo et Monasterio Sancti Pelagii de Avia et vobis domno Johani eiusdem Abbati et eius sucessoribus et Canonicis ibi degentibus presentibus atque futuris civitat~~em~~(.....) oli va cum Ecclesia Sancti Martini et cum ceteris Ecclesiis qui ibi sunt, cum terris, vineis, pratis, pascuis, rivis, molendi nis, piscariis, cum ingressibus et egresibus et cum eius terminis et pertinentiis suis iure hereditario habendam et possidendam in perpetuum. Et hoc meum factum scriptum maneat ratum Si quis vero huius mee donationis paginam voluerit fran gere seu diminuere voluerit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et Regie parti XXX libras auri in cauto persolvat. ]  
Facta carta Palentie. Era M<sup>o</sup>CC<sup>a</sup>XIII<sup>a</sup> X kalendas octobris. Et ego Rex Aldefonsus regnans in Castella, et Toleto han cartam manu propria roboro et confirmo. Cenebrunus Dei gratia Tole tanus Archiepiscopus et Yspaniarum Primas confirmat. Raimundus Palentinus episcopus conf. Sanctius Avilensis episcopus conf. Comes Nunno conf. Comes Petrus conf. Comes Fernandus conf. Comes Gomez conf. Petrus Roderici filius Comite conf. Petrus

Garsie Petrus Guterriz conf. Albanus Roderici conf. Tello Petri conf. Rodericus Guterriz Maiodomus Curie Regis, confirmat. Comes Gundisalvus de Marannone Alferiz confirmat. Petrus Regis Notarius Raimundo existente Cancellario, scripsit.

42

Año 1176, 19 de Agosto - Nájera

Carta Privilegio y de donación <sup>por la que el</sup> Rey Alfonso VIII de Castilla concede a Rodrigo Gustioz el pueblo de Cerezo íntegro con todas sus pertenencias y todo lo que tengo en San Cipriano por el que me disteis.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 9.

(Crismón) Tam presentibus quam futuris notum sitatque manifestum quod ego Aldefonsus, Dei gratia Rex Castelle, una cum uxore mea Alienor Regina dono et concedo bono animo et voluntate spontanea vobis <sup>Roderico Justis et filiis vestris in omni successione vestra Cerezo</sup> totum ex integro cum terris, pratis, pascu<sup>is</sup>, rivis, molendinis, cum nemoribus et cum ingressibus et egressibus et cum omnibus terminis suis, et unum pratum et quantum habeo vel habere debeo in Sancto Cipriano et Saionem inde eicio, pro uno equo quem mihi dedistis, quando Leguin cepi, iure hereditario hec omnia habenda in perpetuum ad faciendum de eis absolute quicquid volueritis. Si quis vir huius mee donationis paginam infringere vel minuere conaverit, iram Dei omnipotentis incurrat et Regie parti mille morabetinos vobis vel <sup>qui</sup> vocem vestram habeant prefactas hereditates duplatas in cauto persolvat. Facta carta in Naiara era M<sup>a</sup>CC<sup>a</sup>XI<sup>III</sup><sup>a</sup> XI kalendarum septembris in redditu expeditionis Navarre quando Leguin captus fuit. Et ego Rex Aldefonsus Regnans in Castella et Tolet<sup>o</sup>, hanc cartam propria manu roboro et confirmo. Cenebrunus Toletanus Archiepiscopus et Hispaniarum Primas confirmat. Raimundus Palentinus episcopus conf. Petrus Burgensis

episcopus conf. Rodericus Calagurritanus episcopus conf. Comes Nunio conf. Signum Regis Aldefonsi Rodericus Gutierreç Maiordomus Curie Regis conf. Comes Gundissalvus de Maranio ne Alferiç, Regis conf. Comes Petrus conf. Comes Fernandus conf. Comes Guomiteç conf. Petrus Massiella conf. Petrus Roiç filius Comitris Rodirici conf. Petrus Araçuri conf. Didagus Xemeneç conf. Guomiç Garceç conf. Petrus Garceç conf. Didagus Lupi conf. Albarus Roiç conf. Gonçalvus Roiç duc conf. Petrus de la Cruce, Regis Notarius, fecit hanc scribere, Raimundo existente Cancellario.

Año 1178, noviembre 21, Villanubla - Bamba

Alfonso VIII concede al monasterio de Santa María de Aguilar de Campoo el privilegio de apacentar sus ganados en los mismos lugares en que pudiesen pastar los del rey.

A.- A.H.N. Carpeta N<sup>o</sup> 1648 N<sup>o</sup> 10 Aguilar de Campoo

B.- A.H.N. Aguilar de Campoo R - 19 cop. facsimil del XII

Cit. Bib. Acad Historia. "Col. Salazar", 0-11, fol 75 v. cédula Abella y L. Serrano, Obispado de Burgos, II p. 97.

Julio González: "El Reino de Castilla en la época de Alfonso VIII p. 508 y 509.

Crismón. Inter cetera pietatis opera precipuum est ecclesias diligere et privilegiis eas sublimare, presertim tamen eas in quibus conversantur religiosi viri qui, secularibus relictis, Deo non cessant ymnis, psalmis et canticis et orationibus die noctuque devotissime famulari. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia, rex Castelle, una cum uxore mea Alienor Regina, libenti animo et voluntate spontanea, pro animabus parentum meorum et salute propria, facio cartam donationis et concessionis Deo et Sancte Marie de Aguilar, et vobis domno Andree abbati dicte ecclesie, omnibusque successoribus vestris, cunctis

que fratribus in ea de gentibus presentibus pariter et futuris, in perpetuum valituram. Dono, inquam, vobis et concedo ut omnes ganadi vestri, tam boves quam vacce, quam iumenta quam cetera queque animalia, pascant per omnia pascua, per montes et nemora, per valles et colles, per montes et riparias, et per cetera loca ubicumque ganadi regis, mei, sci licet, pascant et pascere possunt. Et hoc sine omni contra ria et impedimento.

Si quis vero huius mee donationis paginam in aliquo rumpere vel inquietare presumpserit, iram Dei incurrat et regie parti Mi aureos persolvat, et vobis abbati et fratribus vel vestram vocem pulsanti dampnum illatum dupplatum in coto res tituat. } Facta carta in monte qui est inter Villanublum et Bambam, in hoste innumera regis A. prefati, era <sup>a</sup>MCCXVI, XI Decembris. Et ego A. regnans in Castella et Toletu, hanc car tam quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo.

(Signo rodado) Sugnum Regis Aldefonso (en semicirculo).

Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, conf. Comes G. de Marannon, alferiz Regis conf. Cenebrunus, Toletanus archiepiscopus, et Hyspaniarum primas, confirmat, Petrus Burgensis episcopus conf. Raimundus, Palentinus episcopus conf. Rodericus, Calagorritanus episcopus conf. Michael, Oxomensis episcopus, conf. Gundisalvus, Secobiensis episcopus conf. San cius, Avilensis episcopus, conf. Comes Petrus, conf. Comes Gomez conf. Comes Ferrandus conf. Petrus Roderici, filius comitis, conf. Lop Diaz, merinus regis in Castella, conf.

Magister Geraldus, notarius regis, Petro de Cardona exis tente cancellario, scripsit.

Año 1178

Documento de compra de una tierra que realizo el Abad Andrés de Santa María de Aguilar en Valmaior a Don García de Figar y a sus hermanas doña Columba, doña Juliana, doña Sancha y doña Domenga.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 11

In Dei nomine et in salute eterna Amen. Ego Andreas Abbas Sancte Marie d'Aguilar et totus meus Conventus notum facimus tam presentibus quam futuris quod nos comparamus <sup>ed.</sup> ~~eritatem~~ Valmaior de don Garcia de Figar et de suos ermanos dona Columba et de dona Juliana et de dona Sancha et de dona Domenga, una terra que habet afrontaciones de prima part Viagnez Rojo et Domingo Sarrano, de secunda la carreira, alia terra in alio loco que abet afrontaciones la junquera, de secunda la terra de María Diez. Alia terra de Riva Aldecora. Abet afrontaciones la terra de don Mingo Ovequez de Conforcos de Lex. Aliam terram comparamus de dona Columba et de sua filia dona Columba et abet afrontaciones la quarreira de prima part; alia terra en Val de Secredal de filio de Viagnez Galindez de Figar, comparavimus et abet afrontaciones de prima part la terra de María Anaiz de Conforcos et aliam terram de dona Columba et de sua filia dona Sol et abet afrontaciones de prima part Domingo Ovequez de Conforcos et de ista ereditate; id est. VI. terras. **S**unt fiadores de sanamento, don Garcia et don Lobin, de dona Columba; fiador de sanamento de duas terras fiador Petro Falco de Vilulez. } Ista carta fuit facta, Era M<sup>a</sup>CCVIX. Regnante Rege Aldefonso in Toletto en tota Castela cum Regna Elie nor. Comite Don Ferrando en Dognes e en Cabezon. Qui presentes et auditores fuerunt; don Garcias, testis. Martin Petrez, Sancius Domingez (sic) testis. Fernan Sero Manez testis, don Andres testis, don Julian testis, Mara Suarez testis, Velazquez testis et Concilio de Conforcos auditores et confirmatores.

Qui istam cartam voluerit disrumpere sit maledictus cum Juda traditore in inferno inferiori et pectet in coto ducentos morabetinos et los <sup>a</sup>C al Abbat d'Aguilar et alios C a illos qui in voce illorum persolvent et ~~redcant~~ duplata in tali loco.

45

Año 1179, Octubre.- Vallcolletum

Privilegio Real de Alfonso VIII concediendo al Abad Andrés y al Monasterio de Aguilar la propiedad perpetua de los bienes recibidos hasta la fecha por dicho Abad y todos los que hayan de recibir en el futuro como también los derechos sobre los Collazos del citado Monasterio.

Biblioteca Nacional m.s.f. 38.

In nomine Sancte et individue Trinitatis que a fidelibus in unitate colitur et adoratur, Debitum est Xristiane Religionis et Regie Maiestatis...Ea propter ego Adefonsus, Dei gracia Rex Castelle et Toleti una cum Uxore mea Regina Alienor libenti animo et voluntate spontanea, intuitu pietatis Dei misericordie pro animabus Parentum meorum et salute propria, facio cartam concessionis, confirmationis et protectionis Deo et Sancte Marie Monasterio de Aguilar vobisque Domno Andree eiusdem Monasterii instanti Abbati et omnibus sucesoribus vestris et universo eiusdem ecclesie conventui inperpetum valituram. Confirmo itaque et concedo omnes donationes a me et a quibuslibet personis usque inodiernum diem predicto Monasterio collatas omnes que eiusdem posesiones et sub proptetione et defensione mea recipio scilicet; Monasterio Beati Augustini cum omnibus collaciis quos ipsum Monasterium Sancti Augustini habet in Sancto Quircio et cum omnibus pertinenciis, et Fonte la encina cum omnibus pertinenciis suis et Monasterium Sancti Cipriani cum molendino de Troba. Facta carta apund Oterium de Sellis, Era MCCXVII secundo mensis Marcii, eo mense quo Rex Castelle et Fernandus Rex Legionis inter se pacificaverunt anno tertio

ex quo idem Adefonsus Rex serenissimus Conchan fidei Christiane subiugavit.

Et Ego Adefonsus regnans in Castella et Toletto presens Privilegium quod fieri mandavi, manu propria Roboro et confirmo.

Petrus Burgensis Eps.

Sancius Abulensis Eps.

Michael Oxomensis Egps.

Ardericus Segontinus Eps.

Comes Fernandus

Raimundus Palentinus Eps.

Gundisalbus Secoviensis Eps.

Johanes Concanus Electus

Comes Petrus

Comes Gunçalvus, Didacus Xemeniz

Petrus de Aracuri Alvarus Roderici Gundisalvus Copelini Lupus Diaz de Mena Petrus Roderici de Açagra Petrus Garsia de Lerma Alvarus Roderici de Guzman.

Año 1181, 27 febrero 1181

Privilegio real de Alfonso VIII, en el que concede y confirma los anteriores privilegios y donaciones hechas al Monasterio de Aguilar.

A.- A.H.N. Carp. 1648 N<sup>o</sup> 12

B.- Bib. Colombina ms. 84-7-5 s f. num XXIII cop. de J.R. Uli barri, hecha en 1596 con reactivo y de forma incompleta y defectuosa.

D.- B.N. ms. 9194 fol. 38 con fecha 1179 "Col. Salazar" 0-11, fol. 76 r.; cédula Abella: Manuel Assas, Monasterio o Abadía de Aguilar de Campoo, en "Museo Español de Antigüedades", I p 606 con fecha 1180 .

El año V de la toma de Cuenca es 1181. El mes de la paz con León es de 1181. Los confirmantes y el itinerario se avienen perfectamente con el doc de 27 febrero 1181. Por consiguiente hay que pensar en la omisión de una I en la era por mala lectura del copista.

C.- Julio González en "El Reinado de Alfonso VIII pág. 612, 613 y 614.

(Cristus, alfa y omega) In nomine sancte et individue Trinitatis, que a fidelibus in unitate colitur et adoratur. Debitum est christiane religionis et regie maiestatis singulare officium ecclesias Dei diligere et venerari et earumdem possessiones integras et illesas conservare donationesque earum robore auctoritatis regis confirmare, presertim tamen illarum in quibus rebus constituti, pompa seculari postposita, contemplative ad ~~divine~~ conversationi hymnis, psalmis, anticis et orationibus die noctuque vacantes, <sup>pro</sup> salute regum et populi, clamare non cessant ad Dominum. Eapropter ego Aldefonsus, Dei gratia rex Castelle et Toleti, una cum uxore mea Alienor regina, libenti animo et voluntate spontanea, intuitu pietatis Dei misericordie, pro animabus parentum meorum et salute propria, facio cartam concessionis confirmationis et protectionis Deo et Sancte Marie monasterio de Aguilar, vobisque dompno Andree, eiusdem monasterii instanti abbati, et omnibus successoribus vestris et universo eiusdem ecclesie conventui, in perpetuum valituram. Confirmo itaque et concedo omnes donationes a me et a quibuslibet personis usque in hodiernum diem predicto monasterio collatas, omnesque eiusdem possessiones; et sub protectione et defensione mea recipio, scilicet, monasterium beati Augustini cum omnibus collaciis quos ipsum monasterium Sancti Augustini habet in Santo Quircio, et cum omnibus pertinentiis suis; et Fonte la Encina cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancti Cipriani cum molendino de Pravo et terra sua, et pratis de Vallecavado, et omnibus aliis suis pertinentiis, et cum illa hereditate de Villanova et Terradillos cum omnibus pertinentiis suis; et domos et vineas quas habetis in Villadiego; et monasterium

Sancte Juliane cum omnibus pertinentiis suis, quod dicitur de Valle de Boniel; medietatem ville que dicitur Valvonella cum omnibus pertinentiis suis, que pertinent ad medietatem ipsius ville; et villam Carreros cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancte Marie de Valle Egunna cum suo monasterio Sancti Martini de Pozacos, cum omnibus pertinentiis suis; et Sanctum Stephanum de Cerrazo et solare domini Nuniz de Posaio et solare Didaci Nuniz de Valdegunna, et solare Michaelis Petri de Gutpha; et solare de Petro Fourtini; et de Subpenna; et solare de Martini; Villar de Macendrero, et cum aliis pertinentiis monasterii prefati Sancti Marie de Valle Egunna; et insuper monasterium Sancti Michaelis de Conforcos, cum omnibus pertinentiis suis; et hereditatem de Castrello et de Centollo cum omnibus pertinentiis suis; et domum Sancte Eugenie de Fenoiosa, cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancti Martini de Montenegro cum omnibus pertinentiis suis; monasterium Sancti Cipriani, situm iuxta pennana que dicitur Aguilon, cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancti Mametis de Gamonar, cum omnibus pertinentiis suis; et Sanctum Michaellem de Celima, cum omnibus pertinentiis suis; et Sanctum Stepahnum de Villela, cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancte Marie Subterranea cum omnibus pertinentiis suis; medietatem ville que Menazola nuncupatur, cum pertinentiis ad medietatem ipsius ville pertinentibus; et hereditatem de Valle Verezoso, cum omnibus collatiis et pertinentiis suis; et monasterium Sancti Michaelis de Branoxera, cum omnibus pertinentiis suis; et monasterium Sancte Marie de Cordovella; et ipsam Cordovellam, cum omnibus collatiis et pertinentiis suis, prefato Sancte Marie de Aguilar et vobis iam dicto Andree eiusdem monasterii abbati et omnibus successoribus vestris et toti eiusdem ecclesie conventui iure hereditario in perpetuum habendas et irrevocabiliter libere ac quiete possidendas.

Si quis vero huius me concessionis, confirmationis et protectionis paginam in aliquo rumpere, inquietare, vel dimi

nuere presumpserit, iram Dei omnipotentis plenarie incurrat et cum Juda, Domini proditore suppliciiis mancipetur infernalibus, et insuper regie parti mille libras auri purissimi in cauto persolvat.

Facta carta apud Oteriumdessellis, era MCCXVIII, II kalendas Marciico mense quo Aldefonsus, rex Castelle et F. rex Legionis, inter se pacificaverunt, anno quinto ex quo idem A. rex serenissimus Concham fidei christiane subiugavit.

Et ego rex Aldefonsus, regnans in Castella et Toletto, presens privilegium, quod fieri mandavi, manu propria roboro et confirmo. (signo real) Signum Aldefonsi Regis Castelle (en círculo) Rodericus Guterrez, maiordomus curie regis, confirmat, Gomez Garsie de Roda, alferiz regis, conf. Petrus Burgensis episcopus, conf. Raimundus, Palentinus episcopus, conf. Sanctius Avilensis episcopus, conf. Gundisalvus, Secobiensis episcopus, conf. Michael Oxomensis episcopus conf. Johannes, Conchanus episcopus, conf. Ardericus, Segontinus episcopus, conf. Comes Petrus conf. Comes Ferrandus conf. Comes Gunçalvus conf. Petrus Roderici de Azagra conf. Petrus de Araçuri, Didacus Xemeniz conf. Petrus Garsie de Lerma conf. Alvarus Ruderici de Guzman, conf. Alvarus Roderici conf. Gundisalvus Copellini conf. Lupus Diaz de Mena conf. Lop. Diaz, merinus regis in Castella conf.

Magister Geraldus, regis notarius, Petro de Cardona, existente cancellario, scripsit.

Año 1181, 16 de Agosto

Carta por la que Goterio Diaz y su esposa doña Taresa dan nuevos y buenos fueros a sus collazos de Villa Varuz de Rivo Sico.

A.H.N. Carpeta 1648 N<sup>o</sup> 13.

 Ecclesiam Sanctae Julianae de Caorbio cum omnibus pertinentiis suis.  
 Ecclesiam Sancti Martini de Monte nigro cum omnibus pertinentiis suis.  
 Ecclesiam Sancti Augustini cum omnibus pertinentiis suis.  
 Ecclesiam Sancti Romani cum omnibus pertinentiis suis.  
 Ecclesiam Sanctae Julianae de Vallebonelli cum omnibus pertinentiis suis.  
 Ecclesiam Sanctae Columbae de Salaçar cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sancti Cipriani de Nava cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sanctae Andreae de Melgarejo cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sanctae Mariae Magdalenae de Fontelencina cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sancti Jacobi de Valbas, cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sanctae Mariae de Quintanilla cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sanctae Eugeniae cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sancti Michaelis de Conforcos cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sanctae Marinae cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sancti Tirsi, cum omnibus pertinentiis suis.

Ecclesiam Sancti Martini de Grajal cum omnibus pertinentiis suis.

Villam de Cambria quae dicitur Quintanilla cum omnibus pertinentiis suis.

Domum de Pradeja cum omnibus pertinentiis suis.

Domos quas habetis in Carrion et in Burgis in duobus locis cum omnibus pertinentiis suis.

Molendinos de Palaciolos cum domibus, hortis, vineis, campis, et aliis pertinentiis suis.

Territorium, quod dicitur Civitas Oliva, cum omnibus pertinentiis suis.

Quodquid habetis in Villamunio, in Astudiolo et in Valleboniel et in Grajal. Sane novalium vestrorum, quae propriis manibus vel sumptibus colitis, sive de vestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere praesumat.

Liceat quoque clericos vel laicos liberos et absolutos, a seculo fugientes ad conversionem recipere et eos absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fratrum vestrorum, post factam in ecclesia vestra professionem, fas sit sine prepositi sui licencia, nisi arctioris Religionis obtentu, de eodem loco discedere. Discedentem vero, absque communium literarum vestrarum cautione, nullus audeat retinere. Cum autem generale interdictum terrae fuerit, liceat vobis clausis januis, exclusis excommunicatis et interdictis, non pulsatis campanis, suppressa voce divina, officia celebrare. Chrisma vero, oleum sanctum, consecrationis altarium seu basilicarum, ordinationes clericorum, qui ad sacros ordines fuerint promovendi a diocesano suscipietis episcopo, si quidem catholicus fue-

rint et gratiam et comunem Apostolicae Sedis habuerint, et ea vobis voluerit sine pravitate aliqua exhibere. Alioquin liceat vobis <sup>ad</sup> quaecumque malueritis Catholicum adire Antistitem gratiam et comunem Sacrosantae Romanae Sedis habentem. Qui nostra fretus autoritate, vobis quod postulatur impendat. Prohibemus insuper ut infra fines Parrochiae vestrae, nullus, sine assensu Diocesani Episcopi et vestro, capellam seu oratorium de novo construere audeat, salvis privilegiis Pontificum Romanorum. Ad haec novas et indebitas exactiones ab Episcopis et Archiepiscopis, Archidiaconis seu Decanis, aliisque omnibus Ecclesiasticis secularibus vel personis omnino fieri prohibemus, Sepulturam quoque ipsius liberam esse decernimus, ut eorum devotioni et extremae voluntati, qui si illic sepelire deliveraberint, nisi forte excommunicati vel interdicti sint, nullus obsit. Salva tamen justitia illarum Ecclesiarum a quibus mortuorum corpora assumuntur. Decimas praeterea et possessiones ad ius Ecclesiarum vestrarum spectantes, quae a laicis detinentur, redimendi et legitime liberandi de manibus eorum et ad Ecclesias ad quas pertinent revocandi libera sit vobis de nobis autoritate facultas. Obeunte vero te nunc eiusdem loci Abbas vel tuorum <sup>quorumlibet</sup> ~~qualibet~~ successorum, nullus ibi qualibet subreptione, astutia seu violentia praeponatur, nisi quem fratres comuni consensu vel fratrum pars maioris et sanioris consilii secundum Deum et Beati Augustini Regulam providerint eligendum. Paci quoque et tranquillitati vestrae paterna in posterum solitudine providere volentes, autoritate Apostolica prohibemus ut infra clausuras locorum seu grangiarum vestrarum nullus rapinam seu furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere seu violentiam audeat exercere. Praeterea omnes libertates et immunitates a predecesoribus nostris Romanis Pontificibus ordini vestro concessas, necnon libertates et exemptiones secularium exactionum a Regibus et Principibus vel aliis fidelis rationabiliter vobis indultas autoritate Apostolica confirmamus, et praesentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat praefatam ecclesiam temere perturbare, aut eius possessiones auferre, vel ablatas retinere, minuere seu quomodolibet gra

vaminibus fatigare; sed omnia integra conserventur eorum pro quorum gubernatione ac sustentatione concessa sunt, usibus <sup>omni</sup> modis pro futura, salva sedis Apostolicae auctoritate. Si qua igitur in futurum Ecclesiastica secularisque persona hanc nostrae constitutionis paginam sciens contra eam temere venire temptaverit, secundo tertio <sup>ve</sup> commonitus, nisi reatum suum, congrua satisfactione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate, reamque se divino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat, et a Sacratissimo corpore et sanguine Dei et domini nostri Redemptoris Jesuchristi aliena fiat atque in extremo examine districte subiaceat ultioni. Cunctis autem eodem loco iura servantibus sit pax Domini nostri Jesuchristi, quatenus et hic fructum bonae actionis percipiant, et apud distritum iudicem, praemia aeternae pacis inveniat. Amen. Datum Laterani, per manum Guidonis Domini Papae Notarii VIII kalendas februarii, indictione XI, incarnationis dominicae, anno MCCXXIII. Pontificatus vero Domini Honorii anno VIII.

155

Año 1223, 5 de febrero, junto a la Iglesia de Valboniella Sentencia, acuerdo, o concordia emitido por el tribunal eclesiástico nombrado por el Papa Honorio III en el pleito suscitado entre la Orden de Hospitalarios de Jerusalén y el Monasterio de Aguilar sobre sus derechos a determinadas propiedades radicadas en Valboniella.

A.- A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 1

Notum sit presentibus et futuris que hanc cartam audierint vel viderint, quod nos F. de Cerrato, et J. de Campos Archidiaconus, et G. Magister Scholarum Palentinus, recepimus literas Domini Pape in hunc modum: "Honorius Episcopus, servus servorum Dei, dilectis filiis de Cerrato de Campis, Archidiacono, Magistro Scholarum Palentini (sic) salutem et Apostolicam benedic

tionem. Prior et Fratres Hospitalis Jheresolimitani Regnorum Legionis et Castelle, intermissa nobis petitione monstrare quod Abbas et Conventus Sancte Marie de Aguilar, Burgensis Diocesis, super possessionibus, pascuis, et rebus aliis iniuriatur eisdem. Ideoque; discretioni vestre per Apostolicam Scripturam mandamus quantum, partibus convocatis, audiatis eam et appellatione remota, sine debito teneatis, facientes quod decreveritis per censuram Ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati, si gratia, odio, vel timore subiecerint, censura simili appellatione igitur cogatis veritati testimonium perhibere. Et si non omnes his exequendis potueritis mittere, cada duo viri nichilominus exequantur; Datum Laterani IIII Idus Januarii (10 de Enero), Pontificatus, nostri, anno V (1220) Litteris istis receptis ad instanciam Prioris et Fratrum Hospitalis, Citavimus Abbatem et Conventum de Aguilar, et partibus coram nobis constitutis et libello dato et data specificatione rerum quas petebat, pars Hospitalis a Monasterio de Aguilar, et facta etiam specificatione eorum que petebat pars Monasterii reconveniendo Fratres Hospitalis, post multas dilaciones et altercationes; tandem in hoc patres consenserunt quod nos iudices vel duo ex nobis, si tercius venire non posset, accederemus ad locum de Valbonella, in quo loco erant omnia de quibus inter Patres questio agebatur et inspectis instrumentis, patribus et testibus receptis, et aliis probationibus, si oporteret etiam terminaremus, inspecto foro illius Ville, et aliorum circum districtum, vel per compositionem, vel iusticia mediante. Cumque nos duo, I. de Campis, et F. de Cerrato, Archidiaconus, quia G. Magister Scholarum, venire non potuit, venissemus apud Valbonellam sicut convenerant inter partes Patribus, et in presentia, nostra, constitutis <sup>ad</sup> quod <sup>id</sup> pocius videbatur negotium iudicandum, secundum forum terre, ~~quod~~ <sup>id</sup> secundum ius Canonicum, vel civile, petivimus ut partes hoc negotium committerent laicis, qui scirent forum terre. Et cum altera pars nollet, tandem <sup>id</sup> conveniunt; quod nos duo reciperemus totum negotium nostro arbitrio finiendum, sive per iudicium, sive per amicabilem compositionem, vel alio modo, pro ut nobis placeat. Et uteremur consilio alcaidum de Castro Xoriz; scilicet; Garsias Johanis, Johannes Stephana

num et Didacus Munioz de Pedrosa, Gondisalvus, qui iuraverunt in manibus J. Archidiaconus quod bona fide darent nobis, consilium pro utraque parte, ad hoc negotium terminandum ut discordia sedaretur inter partes. Receptis itaque fidemissoribus, quos dedit Prior d'Aguilar: Apparicius, Dominicus Chico filius eius, Petrus fiyo Johanes Covo, Dominicus, gener Marie Petri, ab Abbate d'Aguilar, qui presens erat, quod Conventus ratum haberet, quidquid Abbas duceret coram nobis faciendum, Similiter, receptis fideiussoribus Fernando Martini, Dominico Moro Dominico de Alcobiela, Martino Petri, Johane de Cabo de Vila, a Dono Ermillo, Comendatore Hospitalis: quod Prior et Conventus Hospitalis ratum habeat, quidquid ipse similiter duceret coram nobis faciendum. Et promissa pena quinquagentorum aureorum ab utraque parte que nostris obedirent mandatis et ab eisdem, eadem pena promissa retenta nobis et coniudici nostro, auctoritate Apostolica de voluntate partium, ad compellendas partes per censuram Ecclesiasticam, si qua forte, nostro arbitrio, duceret resistendum, fecimus iurare VI bonos homines de Villa; Petro, Johanes Covo, Martinus, frater eius, Petrus Martini, Coxo, Martinus Valbonella, Dominicus Alcobiela. Tres, ex una parte, et tres ex alia, quos nobis partes dederunt qui iuraverint bona fide pro utraque parte ducere Civitatem de Valbonella qualiter medietas fuit vendita a dono Guterrio Fratribus d'Aguilar et divisa inter eum et illos, et hostenderet nobis loca que dicebantur occupata a Fratribus d'Aguilar vel vassallis eorum, similiter que dicebantur occupata a Fratribus Hospitalis, vel vassallis eorum qui fuerint. Carrere publice, vel area, vel exitus Ville et hostenderent nobis loca ubi arrumperunt Fratres d'Aguilar de quibus petebant partes Fratres Hospitalis. Similiter ubi arrumperint Fratres Hospitalis et instruerent nos in aliis que ad negotium pertinent. Auditis, itaque que nobis retulerunt illi sex homines iurati, et visis locis, quos nobis hostenderunt, et habito Consilio cum illis supradictis, mandavimus, quod divisio facta, inter Guterrius et Fratres d'Aguilar in solaribus et hereditatibus, remaneat in statu suo. Si quid tamen mihi ampliatum est quod gravet multum, Concilium vel alteram partem in

areis qui fuerunt tempori Guterrii, vel istis carreris publicis; totum destruat et redeant arce et vie publice et restituantur in statum antiquum et aree ille qui antiquitatis fuerunt illorum; solarium qui habent Fratres Hospitali dimitatur eis integre et sine condicione aliqua; similiter fiat ex parte Fratres d'Aguilar: Destruant molendinum quod dicitur de Suvilla et reddeat aqua ad locum antiquum. Item mandavimus Fratribus d'Aguilar, quod denominant medietatem orti, pro exitu Ville sicut fuit antiquitus, deducto tamen prius fructu tempore opportuno. Similiter mandavimus quod Fratres de Aguilar dimittant illam previam clausuram, qua itur sernam Hospitalis. Similiter mandavimus quod dimittant pro exitu Ville terram quam occupaverunt carrera de Valligera. Similiter mandavimus utrique, quod dimittant exitus omnes, quos occupaverunt iusta Villam vel in Villam secundum quod illi sex homines iurati hostenderunt et hostendent et mandabunt. Secundum quod illi sex homines iurati hostenderunt et hostendent et mandabunt; Volumus enim et mandamus pro illos sex bonos viros ista omnia fiant. Et ad eorum mandatum omnes destruant quod viderint destruendum et dimittant quod viderint dimittendum. Si aliquis precium eis et mandato eorum duxerit obsistendum, solvat alteri parti, penam quinque aureorum. Destructio autem domorum ad minus fiat usque ad festum Pentecostes, vel festam Sancti Johannis Baptiste, nisi de comuni voluntate, partes inter se duxerint statuendum. Mandavimus siquidem neutra persona emat hereditates, ad vasallis alterius de hi vero quod ante hoc temporis aliqua pretium dicitur emisse a vasallis alterius, et de eis, qui aliqua precium arrumpit in montibus, vel in vallibus, vel aliis locis et de aliis areilleris si que remanent in discussis, assignavimus partem partibus diem perentorium festum Sancti Vincencii, proximo venturum, quo, coram nobis comparerent iusticiam recepturi, quia super illis, ad presens, non poteramus plene deliberare. Volebamus enim super his coniudicis nostri et aliorum sapientium consilium expectare. Acta ista in Valbonella, iuxta Ecclesiam in presentia Abbatis et Prioris, et aliorum Fratrum de Aguilar et Comendatoris et G. Gundisalvi et aliorum Fratrum Hospitalium et aliorum qui noverunt ut dictum est et aliorum multorum de eadem

Villa. Era MCCLX VIII die Decembris. Adveniente die Sancti Inocencii, partibus in nostra presentia constitutis, conquista est presens. Monasterii de Aguilar quod Fratres Hospitali iniuriati fuerant sibi in ponendis mojonibus ubi non debant ponere et removeant parietes orti antequam fructus colligentur. Et Conventus presens Hospitalire: quidem nescietur si ita eset. Et si verum erat, non fiant de mandato suo nec de voluntate et si forte aliquid erat corrigendum emendaret ad mandatum et voluntatem nostram. Quia vero de facto constare nobis non potuit. assignavimus partibus diem quo accederemus ad locum; scilicet, diem venturum post festum Purificacionis Sancte Marie proximo venturum et tunc inspectione locorum procederemus in hoc et in aliis areieleis pro ut Deus nobis ministraret. Accedentibus autem nobis ad locum die statuta, auditis et intellectis que nobis retulerunt sex homines iurati de Villa, et habito Consilio, cum Alcaldibus de Munio et de Castro Xoriz qui tunc presentes erant in Valbonella pro bono pacis, taliter duximus providendum. Primo, mandantes Abbati de Aguilar quod dimittat illam hereditatem, parti que tenebat ad e<sup>ius</sup>dem Ville utilitatem et aliam medietatem ad comunes usus iam Hospitalarii dimissent. Mandavimus simul quod domos quas edificavit Abbas in exitibus, vel vasalli sui, remeneant (sic) in statu suo, quas ex dextrucone illarum pars comoditatis acresceret, Concilio vel Hospitali et magnum dapnum inde proveniret Abbati et maiorem utilitatem consequeretur Concilium vel Hospitale ex pacto quod dimitit Abbas, quas haberet ex dextrucone domorum, Mandavimusque quod <sup>terra</sup> Abbatis restringatur cuiusdam occasione pericule quam prius assignaverant, iam. Mandavimus quidem pro terra Abatis que est iuxta molendinum quod dextruxit non diminuatur in aliquo et removeantur mojones que sunt in illa <sup>et in</sup> domibus in <sup>ib</sup> iustis hedificet molendinum ubi Abbas dextruxit, non de voluntate Abbatis et Hospitalis et Concilii; non obstante, quod prius dixeramus domus vel hedificia destruenda si in aliis qui supra scriptum est, servetur. De hereditatibus emptis a vassallis Hospitalis, ab Abate. Et de hereditatibus quas utraque pars dicebatur arrupisse in montibus vel vallibus pro bono pacis, taliter duximus statuendum. Mandantes Abbati quod det et assignet parti Hospitali XL

Obradas terre qui sunt ad Fontes et det V Obradas qui sunt in costa de la Solana, pare plus vel minus. Mandavimus ut istis omnibus sit comptenta pars Hospitalis pro omnibus querimoniis quas habebat cum Monasterium de Aguilar, Sive pro hereditatibus emtis a vassallis eorum, Sive pro aliis terris arruptis, sive pro alia qualibet querimonia quam coram nobis proposuerat contra Monasterium. Mandavimus etiam utrique parti, quod de cetero neutra pars arrumpat in montibus in quibus Communiter solent arrumpere Concilium de Alcubiela et de Valboniela et de Pedrosa. Mandavimus utrique parti quod de cetero non intret extra Concilii vel vias publicas, vel carreras, vel porta vel aliquid quod pertineat ad usum publicum vel comunem, nec aliquid faciat in eis propter quod usus illorum deterioretur; si qua pactum contra ista nostra mandata vel aliqua eorum temere duxit veniendum, solvat alteri parti cum fidevisoribus prius datis penam quingentorum aureorum sicut superius est expresum. Facta carta in Valbonella, Juxta Ecclesiam Era MCCLXI, quinta die mensis Februarii. Presentibus: Michaele Abbate de Aguilar. Gonzalvo Vela, Michaele, Petro, Fratribus eiusdem Monasterii, et Presente domno Ermillo, Comendatore tocus Castelle et Petro Pelagii et Petro de Villa Odrigo, Fratribus Hospitalis, et presente Archipresbitero Sancte Stephano de Castro Xoriz et presentibus Alcaldibus de Castro Xoriz; Garsias Johanis, Stephano Johane, presente; Roderico Roiz de Palenzuela et presentibus Alcaldibus de Munio; Stephano Gondisalvo, Jacobo, et presentibus Fratribus de Monsrag: Ferrandus Martini, Sancius Petri de Bustelo et presente Concilio de Valbonella, et Concilio de Alcobiela et quibusdam hominibus de Sancto Cipriano; Dominico Moral et Dominico Petri. Ad maiorem confirmationem nostri arbitrii recepimus postmodum Litteras Abbatis et Conventus de Aguilar sigillatas sigillo Abbatis in hunc modum: Reverendis Dominis et amicis: F. de Cerrato et J. de Campis, Archidiaconis Palentini, M. Abbas Ecclesie Sancte Marie de Aguilar eiusdemque Ecclesie totus Conventus, salutem in Xristo. Discretionem vestram et omnium non latete quod in eam qua agebatur inter nos ex una parte et Hospitalarios ex altera super quibusdam terris de Valbonella et quibusdam aliis, de consensu fuit in nobis taliter compromisum, quod, quid

quid vobis visum fuisset, pro bono pacis deberetis super his omnibus ordinare, et Vos, habito Consilio, duxistis inter nos laudabiliter componendum, quam compositionem factam, sulubriter approbamus et nostri Abbatis sigilli munimine confirmamus. Similiter recepimus Litteras sigillatas ex parte Prioris et Conventus Hospitalis in hoc modum: Reverendis ac sapientibus viris: J. de Campis et F. de Cerrato, Archidiaconis iudicibus a Domino Papa Delegatis, Johanes Sanciis Prior Jherosolimitani Hospitalis in Regnis Castelle et Legionis, in auctore salutis, salutem. Compositionem inter dilectum Fratrem meum Ermillum Garsie, Comendatorem Ordinis nostri in Regno Castelle, et Procuratorem Episcopalem in eam ipsam et Abbatem et Conventum Sancte Marie de Aguilar, super hereditatibus, pascuis, molendinis, et exitibus de Valdebonella et rebus aliis, super quibus, inter nos et ipsos, questio agebatur, deliberatione provida per vos factam acceptam et ratam habeo et confirmo. Et super hoc sunt tres carte scripte, eiusdem tenoris; Unam habet pars Hospitalis. Alia pars Monasterii de Aguilar. Aliam Concilium de Valbonella. Ad maiorem firmitatem nos duo, J. de Campis, et F. de Cerrato, Archidiaconus Palentinus qui hoc arbitrium portabimus illas tres cartas nostris sigillis mandavimus communiri.

156

Año 1223, 27 de Abril

Pleito sobre posesión de beneficios, Iglesias, tierras etc., entre el Abad Andrés de Aguilar, representado por Fray Miguel de Villa Sarracino Capellán de Cordovilla, y don Pedro de Santo Ovenia, Clérigo de Cordovilla.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 2

Sub Era <sup>a</sup>MCCXXV. A XII dias andados del mes de Septiembre Domingo, dia prenombrado, desapodero el Abbad Don Andres de Santa Maria de Aguilar a Don Pedro de Sto. Ovenia de la Iglesia de San

ta Eulalia de Cordovilla, et toliot end el beneficio e donde es natural de abolengo et de patrimonio Et Fre Migael de Villa Sarracino que tenia la casa de Cordovilla pasola clave e cerrro la Iglesia, e desto fo ael anno que fino Diago Semenez. Et desta Iglesia falo el ganado en la casa de Sta Ovenia e esto soi querelado al Rey don Alfonso, e dixo el Rei que la Iglesia non ge la dava ninge la otorgava: mas que le diera la Vila con sos fueros e la Igleia oi querelada al Obispo don Martin de Burgos e non pudimos aver derecho. Era <sup>a</sup>MCCXXXVIII, in ipso anno XVIII die mens Octubris, in die Sancti Luce Evangeliste. Fre Migael de Ville Sarracino que tenia la casa de Cordovilla e veno a Sta Ovenia, con Martin Peidrez e don Domingo et Juan Estevan; de Cordovilla, et de Enestar don Illano et Mari Martin et Don Rodrigo Et forzaron dentro en el huerto XII estados. Et es casa senera apartada en un mont que non a consigo nula puebla. Et paramos per fiador a don Vitores de la Calzada, a iuditio del fuero et del Rei, e no lo quisieron recibir. Et sobresto veno el Conceio de Cordovilla et forzaron el termino de Sta Ovenia, que offerecio el buen Rei don Alfonso qui gano Toledo. E a estas fuerzas diemos apelidos per las vilas de las fronteras. E paramos os de fronteras per fiadores a iuditio del fuero et del Rei, e no los quisieron recibir. E sos nombres de los fiadores de Fenestrosa, Gonzalvo Martin et Domingo Afigado de Cuenca, Juvan Pedrez; et de Enestar, Petro Dominguez el Maior et Juan Martin et Juan Sebastian, et no los quisieron recibir per fiadores ni fazer nullo derecho. Era <sup>a a</sup>MCCXLVII. Et sobresto veno el Conceio de Cordovilla et forzaron un arbor, et paramos el seello del Rei por fiador et seguieron nos end a piedras et encloinos en la casa. Esto foi a XII dias andados de Marzo. E levo el Conceio nostros puercos de nostros restroios, et sin dampno a cort et emanaren los a so Sennor et tovieron los VIII dias en la cort. Et no los quisieron dar per nulla fiadura, si non de amatar toda querela. Despoiaron nostros homes de nostra herdat et servironse de los despoios V semanas, et sobresto veno el Concejo a V dias, et forzaron VI arboles en la defesiela con Fre Petro el negro. Et paramos fiadores con el seello del Rei a

iuditio del Rei et del fuero sobre los, et encloironlos en la casa. Et loquemos hi tres meses, Deziembre et Enero et Febrero, encloidos; et ni los ganados pasquieron ni los homes labraron, fatal dia de San Mathie Apostoli, de Febrero. a V° dia per andar del mes. Et esto querelamos a los merinos e nul homes nos valio. Et sacamos el ganado a pascer, et veno Fre Petro con el Conceio, et prendieron el ganado, e no lo quisieron dar per nulla fiadura del mundo si non que por el Rei querelemos et per el Rei alcanzemos. Et diemos a Juan Guerra et a Petro Dominguez de Enestar per fiadores, per cuomo el Rei mandas. Et esto foi quando entro el Rei Don Alfonso en Gascona et iazia sobre burdel. Et mando el Prior Fre Migael a Gonzalvo Garciez so merino et a Roi Pascual so portero et Gonzalvo Garciez; prendonos la egua, et Roi Pascual crebantonos la casa et fezola pechar III morabetinos et tertia per fuerza, et fizo nos la casa pechera, que numquam pechara. Et Fra Petro el negro tenia a Cordovila, et vedonos la Vila que non entrassemos en ela et cerro nos el Conceio dos carreras, el una en Fogediolo e otra en sendero de Olea, et tolioron nos las defesas et abrio el Conceio el prado del molino per fuerza. Et dixo Fre Petro el negro; Vala vos agora aqui Roma. Et Fre Cibrian fizo nos pechar una vaca sin derecho et pechamos IIII morabetinos por ela. Et vino el Conceio de Cordovila armado con Fre Juan de Caraveo a Sta Ovenia. Et dio Migael el Crespo dos lanzadas a don Juanes et ovienos nos a encloir dento en la casa Et diemos apelidos a la Calzada et a la Quintana e a Senestrosa et a Mataporquera et a Quintanas a Migael Mela, qui era Merino del Rei, et enviolo querelar a Roi Gonzalvez de Lutio, qui era iustitia del Rei don Alfonso. Et Roi Gonzalvez mando a Migael Mela que le diessen fiadores de cuomo el Rei mandasse et non se enmendo. Et quando el Rei mando entrar las rasas de cuomo por so porton Domingo Corneio, otorgo el Prior Fre Migael estas fuerzas que las el mandava fazer. Et esto otorgo delant don Telo de Olea et Roi Campo et Martin Porra. Et delant las fronteras de las terras otorgo aquesto. E dixo assi; Que el Abbat don Andres sacara tres vezes a fijos del Cuente don Nuno de terra et cuomo abria nengun ome

connusco derecho. Et dixo Fre Petro el negro; nos somos reyes  
 tenemos las cogechas et las baccas elas pezqueras del Rei e qui  
 abria que los Fradres de Aguilar derecho. Et la Condessa donna  
 Mentia estado tres días a la nuestra puerta et non se pudo ve-  
 der con el Abbad don Gonzalvo et non pudo aver derecho e que  
 podria aver derecho de nos. E estas fuerzas son nombradas. La  
 primera fuerza fizo el Prior en el orto. Et el Conceio la mata  
 del sendero de Olea e la mata de la font. La tercera, la quar-  
 ta de fuent salze, la quinta de la cuesta de Terena, la sesta  
 de la mata de nio de cuervo, la septima la mata como frontales  
 et partimos hi en racion et ovimos hi dos annos pan<sup>to</sup>tolio nos  
 la el Conceio. Et la octava quando abrio el Conceio por fuerza  
 el prado del molino. Et la novena fuerza el arbol de entramos  
 los uertos que cortaron. He los puercos que levaron e los omes  
 que despoiaron. La decima los arbores de la defesiela que cor-  
 taron et las cabras que prendiaron. La onceava la egua que pren-  
 diaron Conceio tres (os) homes. La doce que nos prendio ed Con-  
 ceio los bues quando el Conceio nos encloire en la casa con  
 Fre Juvan de Caraveo. Et estas fuerzas querelamos per las fron-  
 teras a los Merinos, Et a Fernand Martin Et a Garci Roiz Barva  
 E mandolo emendar a Fernand Martin et a Petro Dominguez de  
 Enestar en casa del Arciprest en Pumar et non se emendo. E que-  
 relamoslo a Petro Fernand; el Merino e a don Semeno Et al Rei  
 don Alfonso et mandolo por sos seelos emendar a Gonzalvo Migael  
 de Ferrera que era Merino e a Migael Mela e non se emendo. E  
 sobresto mandolo el Rei don Alfonso pesquerir a Roi Gonzalv. de  
 Luzio Et al Abbad de Cervatos don Martino et a Gonzalvo Migaelet  
 emendar e lo pesquirieron e no lo emendo. Et estas fuerzas e  
 otras muchas fizo el Conceio de Cordovilla, Martin Peidrez Et  
 don Domingo Et Juan Estevan Et Domingo Ruvio, Et estos son maiores  
 de Conceio et con sos vezinos fueron estas fuerzas, Et esto que-  
 relamos al Rei don Fernando e mando a Fernand Ladron que lo  
 emendase Et Fernand Ladron mandolo emendar a Munio Roiz Et Munio  
 Roiz apoderonos en la heredad de Cordoviela e defindiolo a los  
 Fradres, Et coteolo en cien morabetinos qui lis hi tuerto fizies  
 e sobresto veno Fernand Ladron, e pesquirio las fuerzas en las  
 fronteras hi en los omes buenos. A la fuente de Santa Maria de

Aguilar et falolo por verdad e dio so seelo por so portero Pe  
tro Quadra e coteolo en cien morabetinos que nos hi tuerto fi  
zies. Domingo Echam portero del Rey con seelo del Rey abierto.  
 Coteolo mil maravedis hi apoderare los en la heredad de Cordo  
villa e foron a Sta Ovenia con omes de fronteras e prisieron  
 las laves, e metieronlos en la casa por vasallos del Rei. Era  
<sup>a a</sup> MCCLVIII, quatro dias por andar del mes de Abril. Miercoles  
 pernombrado veno el Conceio todo de Cordovilla con Fre Gonzal  
vo de Valberzoso que tenia la casa de Cordovilla. Vinieron a  
 Santa Ovenia e forzaron la heredad de la casa et paramos por  
 fiador a don Martino de la Calzada a iuditio de so senor el  
 Abbad de Aguilar et a iuditio del Fuero. E a iuditio del Rey  
 e nol quisieron recibir ni fazer nullo derecho e forzaron e  
 partieron.

Año 1223, Abril

La Condesa doña Mencía de acuerdo con el Consejo del Convento de San Andrés de Arroyo, vende la heredad que tiene en Olea a Gutier Pérez de Olea y a su mujer doña Mencia por 200 maravedis.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 3

In Dei nomine et individue Trinitatis Patris et Filii et Spiritus Sancti Amen. Notum sit omnibus hominibus tam presentibus quam futuris, quod ego Comitissa dopna Menzia una cum Consilio et consensu totius Conventus Sancti Andree de Arroio vendimus illam hereditatem quam habemus in Sancte Michael d'Olea, Scilicet; solares populatos et inpopulatos, terras et prados, cultum et incultum, exitus et regressitus, in montibus et in fontibus, in rivis et in pascuis, et omnia nobis pertinentia. Vendimus, inquam, hec omnia predicta pro CC morabetinos vobis Gutier Pedrez d'Olea et uxori vestre domna Menzia. Unde sumus pagate de precio et de robra. Et si quis tam de nostro genere

quam de alieno, hanc nostram vendicionem frangere temptaverit, sit maledictus et excommunicatus et cum Juda traditore in inferno dampnatus et pectet Regie potestati Mille aureos et hereditem duplatam tali loco vel meliorato vocem hereditatis pulsan-  
 santibus. } Facta carta sub Era <sup>a a a</sup> MCCLXI. In mense Aprilis. Regnante Rege Ferdinando cum uxore sua Regina <sup>dopmna</sup> Beatriz. In Castella, et in Toletu. Alfieraz de Regis, don Lop Diaz de Faro. Maior domus Regis don Gonzalvo Roiz. Maiorinus (Merinus) Regis, Fernand Ladron. Roi Xemenez, Toletanus Archiepiscopus Sedis. Mauricius Burgenssis Sedis Episcopus. Testes qui hoc viderunt et audierunt. Frater Petrus Johanes, Comendator Pontifitii. Frater Juvan Mathe, Gonzalvo Fernand de Quintana Tello; et so filio Garci Gonzalvez. Roi Fernand filio de Roiz de Quintana Tello. Pedro Gonzalvez de Lores. Garci Martinez de Cumel, et so filio Sancho Garcia, Gonzalvo Tellez d'Olea. Pedro Garcia de Penna flor, Gonzalvo Pelaez de Ferrant, Roi Guterrez de Siguenza, don Ciprian Capelano de la Condessa dona Menzia et Martin Abad et Juvan Dominguez et ego Comitissa dopna Menzia et omnis Conventus Sancti Andree de Arroi hanc cartam fieri iussimus et concedimus et propriis manibus roboravimus.

158

Año 1223, Junio

Pedro Rodríguez de Hoyos y su mujer doña Fronille venden al Abbad Miguel de Aguilar y a su Monasterio toda la propiedad que les pertenece en Espinosa, cerca de Palacios por 300 maravedís.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 4

In Dei nomine Ego domnus Roderici de Foyos una cum uxore mea dona Fronille, <sup>b</sup>amos de mancomun ex nostras voluntates vendemus et roboramus ad vos don Michael Abbas Sancte Marie de Aguilar et ad omni Conventui eiusdem Monasterii totam illam quantam hereditatem nos habemus et ad nos pertinet in Espinosa cerca Palacios et in suos terminos, scilicet; casas, terras, vineas,

ortos, arbores, molinos, prata, montes, et fontes. Solares populatos et non populatos, eras, pascuis, et rivis cum introitibus et exitibus, et cum omnibus suis pertinenciis, quantum ad nos ibi pertinet vel pertinere debet, totam ab omni integritate et accipimus a vobis in precio CCC morabetinos bonos directos et affirmatum in roboramento et somos inde paccati. Si quis istam roborationem quod nos facimus, infringere vel temptare voluerit, habeat iram Dei et sit maledictus et excommunicatus et cum Juda traditore in infernum lugeat et in cotum Regi terre mille morabetinos persolvat. Et istam vendidam et istam roborationem remaneat ad vos firmam et stabilem usque in perpetuum. Facta carta mense Junii, Sub Era <sup>a</sup> MCCLXI<sup>a</sup>. Regnante Rege Ferdinando cum uxore sua Regina Beatrice in Burgis et in Toleto et in Castella et in omni Regno suo. Huius rei sunt testes. de Infanzonibus: Rodericus Roderici de Cameno. Garci Lopez de Rio Molino, Munno Sanchez de Ezinillas; de Burgis: don Matheo del Chastel el Alcalde. don Johan Liazar, Gonzalvo Liazar, don Remont Elion, don Perronoch Roldan, don Johanes Petri Presbiter, don Diago Presbiter. Et dieron per mano a Ferrant Gonzalvez de Spinosa que methiosse en la heredat al Abbat don Migael. Nicholaus Martini scripsit. Ferrant Gonzalvo de Soma Foz fiador. Roi Pedri, fide. Pedro Gomi ts. Juan de Ferrera, don Sancho Clerigo Diac Ivanez. Roi Pedri.

Año 1223, 20 Noviembre

Juan, hijo de Pedro Gómez, vende a Doña Emilia todo cuanto posee en Ovirnia.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 5

(Crismón) Tam presentibus quam futuris notum sit ac manifestum quod ego don Johanes filio de Pedro Gomez de mi bona voluntad vendo ad vos dona Milia mi ermana quanto heredamiento habeo en Ovirnia, terras et prados et vinnas et molinos en mont

y en font y en Val, con entradas y exidas, fueras la compra que compre de Diag Alfonso et vendovoslo et robrovoslo, et to me en precio CCC maravedis et so pagadu de precio et de robra. Si quis hoc mercatum et hanc cartam infringere voluerit, in primis habeat iram Dei et in coto Regi terre Mil maravedis per solvat. Facta carta in mense novembris X días por andar. Regnante rege donno Fernando cum uxore sua Regina donna Beatrice in Toletto et in Castella. Alferiç don Lop Díaz. Maiordomus don Gonzalvo Roiç. Merinus Mayor Fernand Ladron. Mauricius Burgensis Episcopus. Sancho Fernandez de Tovar prestameru de don Lop en Ovirnia. Unde sunt testes: Roy Petrez de Palacios ts. Roy Fernandez ts. Gonzalvo Diaz ts. De Sotrebín Roy Perez ts. De Ovirnya; Roy Munnoz testis, Pedro Nunnez testis, Diago Nunnez testis. Ferrand Sobrino testis. Gonzalvo Gutierrez testis, Juan Abbad testis, Stevan Diachono testis, Martín Malrosota testis, Petro Minguez testis. Gonzalvo Sobrado testis, Roy Perez testis. Mate testis, Assensio testis, Conceyo de Ovirna: visores et auditores. Facta carta in Era M CC LXI. Petrus Johannis Scripsit.

160

Año 1224, 9 de Febrero

Doña Sancha y Pedro Pérez venden al Monasterio de Santa María la Real de Aguilar y a su Abad don Miguel, todo lo que poseen en Espinosa de Palacios y en el Monasterio de San Cristóbal.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 7

In Dei nomine. Ego donna Sancha et mio filio Petro Petrez vendemos ad vos Abbad don Michael de Sancta Maria de Aguilar et ad vestro Convent quanta heredad avemos en Espinosa de Palacios et en el Monasterio de Sant Cristoval que es en el termino; solares, terras, vineas, molinos et prados, et ortos et quanto a nos pertenez en monte et in fonte, ingressus et egressus voz et razon, por CC morabetis et somos pagados dellos de

precio et de robra. Si algun omme a questo que nos fiziemos qui  
 sier crebantar, sea maledicto et cum Juda traditore damnatus.  
 Facta carta V idus Febroarii, Era <sup>a a a a</sup> MCCLXII. Regnante Rege don  
 Fernando cum Regina Beatrice in Toletto et in Castella. Maior-  
 domus Gonzalvo Roiz. Alfieraz Regis, Lop, Diaz. Merinus Maior,  
 Ferrand Ladron. Fiadores de sanamiento; don Fernando Gil d'Ala  
 sanco et Roi de Soto, so ermano, don Paschal Presbiter ts. don  
 Sancho Presbiter ts. don Dominico Presbiter ts. don Ferrando  
 filio de Sancha Galvan ts. don Petro Abbad ts. Johan Lazaro.  
 Petro Millan. Petro Lazaro. Sancho Calvo. Johan Xemeno. Johan  
 Domingez, Petro Martin de Espinosa, don Pedrejon, So filio don  
 Sancho Presbiter. Roi Pedrez Presbiter. Diac Johanes. Don An  
 toline so erno. Diac Pedrez, don Mate de Villa Oregio. don Pe  
 tro Clerigo de Palacios, de filios dalgo. Roi Pedrez fide. Pe  
 tro Gomez, Petro Roiz de Foios, Roi Pedrez d'Sot lebrin. Fiador  
 de sanamiento, Ferrand Gonzalvez. Concegio de Espinosa visores  
 et auditores.

161

Año 1224, 30 de Junio, Aguilar de Campo

San Fernando III Rey de Castilla, concede un Privilegio rodado  
 al Monasterio de Santa María la Real de Aguilar y confirma los  
 anteriores concedidos por sus antecesores.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 8

(Crismón) Per presens scriptum, tam presentibus quam futuris  
 notum sit ac manifestum quod ego Ferdinandus Dei gratia Rex  
 Castelle et Toleti inveni Privilegium ab avo meo Rege Aldefon-  
 so felicis memorie Monasterio Sancte Marie de Aguilar conditum  
 in hoc modum; } "Notum sit tam presentibus quam futuris quod  
 ego Aldefonsus Dei gratia Rex Castelle et Toleti una cum uxore  
 mea Alienor Regina cum filio meo Ferrando, facio cartam liber-  
 tatis et absolutionis Deo et Monasterio Sancte Marie de Aguilar  
 de Campo et vobis donno Andree eiusdem instanti Abbati, vestris

que successoribus et universo Conventui ibidem Deo servienti presenti et futuro: perheniter duraturam. Absolvo itaque vos ab omni portatico mandans ac firmiter precipiens quod nullum decerto in aliqua parte Regni mei persolvatis portaticum de propriis rebus vestri Monasterii et granjiarum vestrarum. Mando etiam quod omnes ganati vestri libera habeant pascua per totum Regnum meum in omnibus illis locis ubi mei ganati pas-  
cuntur, et nullus sit ausus eos montare vel contrariare seu pignorare aut cabannam vestram disrumpere. Concedo insuper vobis et confirmo omnes libertates illas et hereditates, vel dona que felicissime memorie Imperator avus meus vobis et Monasterio vestro et contulit et concessit. Supra dictum ita que privilegium ego predictus Rex Fernandus una cum uxore mea Beatrice Regina et cum filiis meis Alfonso et Frederico, necnon assensu et beneplacito donec Berengarie Regine genitricis mee, roboro pariter et confirmo mandans et firmiter statuens quod ratum et stabile omni tempore perseveret. Si quis vero hanc cartam mee confirmationis infringere vel in aliquo diminueret presumpserit, iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat et regie parti in cauto mille aureos persolvat et dapnum vobis illatum restituat duplicatum. Facta carta apud Aguilar pridie kalendas Julii, Era <sup>a a a</sup> MCCLX secunda, agno Regni mei septimo. Et ego predictus Rex Fernandus regnans in Castella et Toletis hanc cartam, quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus Toletane Sedis Archiepiscopus, Hyspaniarum Primas, confir-  
mat. Mauricius Burgensis episcopus, confirmat. Tellius Palentinus episcopus confirmat. Giralduus Secobiensis episcopus, confir-  
mat. Lupus, Segontinus episcopus, confirmat. Garsias, Conchen-  
sis episcopus, confirmat. Melendus, Oxomensis episcopus confir-  
mat. Dominicus, Abulensis episcopus conf. Dominicus, Placentinus episcopus, confirmat. Johanes, Calagurriensis electus conf. Joha-  
nes, domini Regis, Cancellarius conf. Abbas Vallatoleti conf. Infans domnus Alfonsus, frater Regis, confirmat. Rodericus Di-  
daci conf. Comes domnus Gonçalvus conf. Alvarus Pedri conf. Al-  
fonsus Telli conf. Rodericus Roderici conf. Garsias Ferrandi, Maiordomus Regine Berengarie conf. Guillelmus Gonçalvi confirmat

Ferrandus Lattronis, Maior Merinus in Castella. Signum Fernandi Regis Castelle. Gonçalvus Roderici, Maior domus Curie Regis confirmat. Lupus Didaci de Faro, Alferiz Regis confirmat.

Johanes domini Regis Cancellarius, Abbas Vallatoleti.

162

Año 1224, 30 de Junio.- Aguilar de Campo

Otro Privilegio concedido por Fernando III al Monasterio de Aguilar, en la misma localidad y en la misma fecha y con los mismos firmantes que el Privilegio anterior, con la diferencia de que en ~~este~~ esta estampa su firma el escribano Martinus Stephani.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 9

(Crismón) Cum ea que fuerunt in tempore cum diuturnitate temporis oblivionem accipiunt nisi Regali Scripture beneficio perhenentur, idcirco tam presentibus quam posteris notum sit ac manifestum quod ego Fernandus, dei gratia Rex Castelle et Tole<sup>ti</sup>, una cum uxore mea Regina Beatrice et cum filiis meis Alfonso et Frederico, ex assensu et beneplacito donne Berengarie Regine genitricis mee, facio cartam confirmacionis et concessionis et stabilitatis Deo et Monasterio Sancte Marie de Aguilar, vobisque donno Michaeli instanti eiusdem Abbati, vestrisque successoribus et toti Conventui Canonicorum ibidem Deo servientium presenti et futuro perpetuo valituram. Confirmo itaque vobis omnes <sup>g</sup>rangias et domos et molendina et azenias, et collacios, et omnes redditus, et omnes hereditates, quas tempore avi mei, Regis Alfonsi, clare memorie, a quacumque persona, sive emptione, sive, donacione, acquisistis et pacifice possedistis, et etiam quas in presentem diem sine contradicione aliqua possidetis, ut ea omnia supradicta habeatis et possideatis irrevocabiliter in eternum. Si quis vero hanc cartam mee confirmacionis infringere vel in aliquo diminuere presumpserit,

iram Dei Omnipotentis plenarie incurrat et Regie parti in cau  
to mille aureos persolvat, et dampnum vobis illatum restituat  
 duplicatum. } Facta carta apud Aguilar, pridie kalendas Julii,  
 Era <sup>a a a a</sup> MCCLX secunda. Anno Regni mei, septimo. Et ego predictus  
 Rex Fernandus, Regnans in Castella et Toletu, hanc cartam,  
 quam fieri iussi, manu propria roboro et confirmo. Rodericus,  
 Toletane Sedis Archiepiscopus, Hispaniarum Primas, confirmo.  
 Mauricius, Burgensis Episcopus confirmat. Tellius, Palentinus  
 Episcopus c. Geraldus, Secobiensis Episcopus c. Lupus, Segonti  
 nus Episcopus c. Garsias, Conchensis Episcopus c. Melendus, Oxo  
 mensis Episcopus c. Dominicus, Abulensis Episcopus c. Dominicus,  
 Placentinus Episcopus c. Johanes, Calagurris Electus c. Johanes,  
 domini Regis Cancellarius. Abbas Vallatoleti c. Infans. domnus  
 Alfonsus Frater Regis confirmat. Rodericus Didaci c. Comes dom  
 nus Gonçalbus c. Alvarus Petri c. Alfonsus Tellii c. Rodericus  
 Roderici c. Garsias Ferrandi, Maiordomus Regine Berengarie c.  
 Guillelmus Petri c. Guillelmus Gonçalvi. Ferrandus Latronis, Maior  
 Merinus in Castella c. Signum Fernandi Regis Castelle. Gonçalvus  
 Roderici, Maiordomus Curie Regis c. Lupus Didaci de Faro, Alferiz  
 domini Regis confirmat. Martinus Estefani iussu Cancellarii  
 scripsit.

163

Año 1224, 13 de Octubre

Fernando González de Espinosa de Palacios y su mujer Sancha Ruiz venden al Abad Miguel de Santa María de Aguilar y al Monasterio citado toda la herencia que tienen en Espinosa de Palacios por 400 maravedís.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 10

(Crismón) Sub Xristi nomine et individue Trinitatis. Patris et Filii et Spiritus Sancti. Notum sit presentibus et futuris quod ego Ferrand Gonzalvez de Spinoza de Palacios una cum uxore mea Sancha Roiz, vendimus tibi Abbati Michael Sancte Marie

de Aguilar et Conventui eiusdem loci totam nostram hereditatem, quam habemus in Espinosa de Palacios et quantum ibi debemus habere; casas, solares populatos et depopulatos, terras, vineas, prata, ortos, molendinos, arbores, cum ingressu et egressu et cum omnibus pertinenciis suis in monte et in fonte et accepimus in precio CCCC morabetinos et sumus paccati de precio et de roboratione et nil remansit pro dare. } Facta carta III idus  
<sup>a a a</sup> Octobris, Era MCCLXII. Regnante Rege Fernando cum uxore sua Beatrice in Toleto et in Castella. Alfieraz Lop Diaz. Maior domus Gonzalvo Roiz. Mauricius Episcopus Burgis. Tellus Telli episcopus Palentie. Hi sunt testes huius vendicionis: Roi Diaz de Bustamant, Roi Guterrez de Candiola. Petro Roiz fide. Roi Pedrez d'Olea. Garci Roiz so ermano. Ferrand Roiz fide. Roi Cuena. Garci Guterrez de Candiola. Petro Roiz de Foios. Roi Petrez fide. Petro Gomez. Gonzalvo Alvarez fijo del Conde don Alvaro. De Spinosa: Petro Roiz, Ferrand Gonzalvez. don Pedregion. Guter Johanes. Diac Johanes. Petro Diaz. Johan de Ferrera. Diac Petrez. Roi Petrez Presbiter. Petro Garciez, Diac Pelaez. Roi Carrasco. De Aguilar; Petro Pedrez Alcalde. Johan Martinez de Fovielo. Roi Pelaez. Gonzalvo so ermano. Petro Comde, Micael Alfaiat. Et Concilio de Spinosa, Visores et auditores. Fiador de sanamento, Ferrand Gonzalvez.

164

Año 1224

Pleito o litigio entre las Comunidades de los Monasterios de Retuerta y Santa María la Real de Aguilar de Campoó.

A.H.N. Carpeta 1654 N<sup>o</sup> 11

(Crismón) Anno ab Incarnatione Domini MCCXXIIII. Notum sit omnibus tam presentibus quam futuris hanc paginam in specturis quod orta fuit contentio inter Abbatem et Conventu de Retorta ex una parte et Abbatem et Conventum de Aguilar ex alia. Pete-

bat enim Abbas et Conventus de Retorta ab Abbate et Conventu  
 Aquilarense quasdam grangias; scilicet, Sanctum Augustinum de  
 Ferreta et Sanctam Mariam de Valle Egunia et Fontelizina quas  
 sibi dicebant de iure spectare. Abbas vero Aquilarensis et  
 Conventus eiusdem loci ex alia parte respondebant; Per factum  
 Sancii bone memorie primi Abbatis Retorte et quorundam eiusdem  
 Ordinis aliorum Consilio Coabaturn et Fratrum eiusdem Ordinis  
 et domini Aldefonsi Regis Castelle, Commendabilis memorie eas  
 se iuste et Canonice possedissee. Tunc amore pacis retinende et  
 scandali devitandi compromiserunt in nos, scilicet Abbates S.  
 Vitensem, et R. Villamediane et F. Fratrem Sancti Pelagii de  
 Cerrato, ut quidquid nos tres super hac carta faceremus, utraque  
 pars haberet ratum, firmum et inperpetuum valiturum. Unde nos,  
 prehabita deliberatione et Consilio jurisperitorum, statuimus  
 inter eos amicabilem compositionem, ita quod amodo non impetant  
 eos super eadem questione. Addito tamen quod si Abbas et Conven  
 tus de Retorta vel successores eorum super eadem questione,  
 Aquilarense impetere voluerint, solvant predicto Aquilarense  
 Monasterio XXX milia aureorum; permanente compositione prout  
 expressum est in valore. Et, ut hoc factum a presentibus et a  
 posteris semper inviolabiliter observetur, de iure mandavimus  
 quod Abbas et Conventus de Retorta huic scripture suscribat  
 et Abbates sigilla apponant. Unde, prout est superius adnotatum  
 ad confirmandum hoc factum qui fecit Sancius primus Abbas Re-  
 torte, pater Aquilarense Ecclesie, predecessor noster et pre-  
 dictus Aldefonsus Rex Castelle ut semper permaneat in valore  
 et a nulla posteritate valeat violari, Nos, Peregrinus, Abbas  
 de Retorta et conventus eiusdem loci concedimus ut Aquilaren-  
 se possideant supradictas possessiones semper pacifice, libe-  
 re, et quiete. Ceterum presente pagine duximus adnectendum;  
 quatinus huic facto scripto, nulla valeat posteritas contrahi  
 re, presentem paginam in tres partes scribi fecimus mandantes  
 ut una eorum apud matrem Ecclesie Sancte Retorte, alia apud  
 Aquilarensem Ecclesiam, eius dilectam filiam; tertia vero apud  
 Vitensem Ecclesiam reservetur. Huic itaque scripture ego Pere-  
 grinus Abbas, subscribo. S. Prior, subscribo. W. Sancii sub-  
 scribo, B. Vitalis armarius subscribo. P. cantor, subscribo.  
 Johanes, vestiarius, subscribo. Bernaldus, portarius, subscri

bo. Michael, cellerarius, sub scribo. Martinus, ostalarius, sub scribo. Dominicus infirmarius, sub scribo. De laicis; Frater fortanarius, sub scribo, Dominicus, provisor, sub scribo, Frater Sancius, sub scribo. Et totus Conventus Retorte approbat et confirmat. Nos vero, Abbates Vitensis et Ville Mediane, huius scripti compositores, quatinus S. Frater F. Sigillum non habebat, appensione sigillorum nostrorum presentem paginam duximus muniendam. Vivianus scripsit.

165

